Quartum dubium. Atrū fe. ex̄ns in corde p̄cedat ab eo mediātib⁹ spū et sanguine per venas et arterias in totū corpus. Arguit q̄ non. acc̄ns nō migrat de subiecto in subiectū. igit̄ q̄stio falsa p̄ parte affirmatiua. ¶ Sc̄do. in oibus febrib⁹ in quibus extrema frigit: sicut in principijs paroxysmorum: in febre liparia: in morientib⁹ ex febre collis quatuor non p̄cedit calor extraneus cordis in totum corpus. ergo et. ¶ Et cōfirmatur ex sententiā Auicēne in cap. de liparia in qua s̄m̄ ipm̄ est in peditus transit⁹ caloris ad extrema. ¶ Tertio. stat multa alta mēbra a corde fuisse p̄ternaturaliter calefacta ante q̄ cor febreret. q̄ postea corde febrēte nō p̄cedet caliditas ab eo ad mēbra illa: cū tā vt pono in casu atē habuerit tantū calor extraneū q̄tū cor taliter febrētis possit sibi tribuere. ¶ Et cōfirmat: q̄ p̄t causa extrinseca totū corpus p̄us calefacere: et vltimo cor. s̄m̄ in instati in quo cor ē p̄mo febrētis. et certum est q̄ in illo instati feb. illa non p̄cedit: sed forte ic̄p̄t p̄cedere: sicut si nūc p̄mo cor sit febrētis reliq̄s mēbris nō calefactis p̄ternaturaliter p̄ tunc a corde febrēte nō p̄cedit feb. ¶ Quarto feb. et bica existens in mēbris non p̄cedit a corde: quia est feb. facta a nullo procedens aut depēdens speciali depēdentiā. sic enim esset siēs em̄ nō manifestū est: quia aliquando facta est sicut naturalis secunda primi. et mēbra nō sentunt suū calorem: infra tractatu tertio. et cōfirmat: q̄ feb. et bica esset humoralis vel effimera si penderet a corde per sanguinē et spm̄. ¶ Quinto sequitur omnes febrem ex̄tem in mēbris esse effimerā vel sanguineam. nā feb. debet denominari s̄m̄ veritate subiecti in quo fundatur calor a quo ipsa p̄cedit. Cū ergo iuxta titulū questionis ois feb. membrum procedat a calore sanguinis et spirituum: ois talis erit sanguinea vel effimera assumptū autē manifestum est: q̄ febres cordis distinguunt penes distinctionē subiectoꝝ in quibus fundat calor a quo dependēt iuxta doctrinam Auicē. et Gal.

Ago.

Quia caliditas febris d̄r

Gentilis de fulgineo.

Auicēna.

Abarfilij.

Tractatus

ergo simile erit in febribus alioꝝ meꝝbroꝝ. ¶ For-
te dicit qꝫ febres alioꝝ meꝝbroꝝ a corde specifi-
cant et denominantur denominatione feb. exntis i
corde. ¶ Contra. ex hoc sequit qꝫ aliqua caliditas
facta esset feb. effimera. Sequit scdo qꝫ aliqua ca-
liditas siens esset et bica vtrūqꝫ falsum. et primus
probatuꝝ ponendo qꝫ cor febricit febre effimera ⁊
spiritu et sanguine ab eo delatis foueatur mala
complexio cala fixa in aliquo meꝝbro et sequit qꝫ
caliditas illius meꝝbri est feb. et non nisi effimera:
quia cor non febricit nisi febre effimera. Pro scdo
ponatur qꝫ caliditas febrilis figatur in corde an-
teqꝫ figatur in alijs meꝝbris. et per spiritū et san-
guinē ponant meꝝbra in calefieri ledente opatio-
nes. Et sequit qꝫ calor ille meꝝbroꝝ est feb. iuxta
diffinitionē et non nisi et bica: quia cor non febricit
nisi et bice: et tamen calor meꝝbroꝝ est siens vt
ponitur in casu. ¶ Sexto pole est febricitate corde ca-
lesieri solum spiritū aut solum sanguinē. sed solo
spiritu calefacto defertur per solum spiritum. et
similiter solo sanguine calefacto defertur per so-
lum sanguinē. ergo non per spiritū ⁊ sanguinem.
patet assumptū: quia in effimera spūs sunt inflā-
mati et nō sanguis. et in putrida est inflammat⁹
humor et non spiritus: imo in et bica est inflāma-
ta cordis suba et nō spiritus nec sanguis nec ali⁹
humor. igitur a fortiori potest inflāmari sanguis
sine spiritu. et econtra. ¶ Confirmatur. quia cum
spiritus sit paratior calefieri qꝫ sanguis ⁊ magis
aptus moueri stabit qꝫ spirit⁹ deferatur ante san-
guinē et calefiant meꝝbra. et sic pro aliquo tēpore
potest deferri per solum spiritū. ¶ Septimo feb.
pōt. procedere a corde in totum corpus pervapo-
res ⁊ putridas fuligines ⁊ simplicem alterationē
ergo non solum per sanguinem et spm. ergo diffi-
nitio insufficientis. ¶ Octauo. potest pcedere a cor-
de in totū corpus per nervos ⁊ reliquas corporis
particulas. igitur ⁊c. ¶ Et confirmatur. quia uene
et arterie non sunt extense per totū corpus. ¶ In
oppositum est autē. in diffinitione feb. et Gal. in
p̄mo d̄ differētijs febrū. ⁊ Auerro. tertio colliget.

Pro decisione questionis notandum
primo qꝫ calores a cor-
de pcedere in totum corpus potest dupliciter in-
telligi. Uno modo. qꝫ nou⁹ calor actualis spargat⁹
a corde in meꝝbra ad hoc vt febricit. Scdo modo qꝫ
extraneus existēs in meꝝbris cause⁹ a calore extra-
neo cordis sanguinis ⁊ spiritū siue illud causari
sit de nouo produci siue sit solum conseruari. Pri-
mus modus videt magis de intentione Auicē. in
cap. de febre effimera a caliditate aeris. nā dicit
qꝫ cor primo febricit. postea deferit feb. ad alia me-
bra. calefit em̄ aer eius et puenit ad cor. et fit feb.
deinde spargit. ⁊c. Et in cap. de liparia mouet qꝫ
stionē quomodo potest esse feb. et nō procedat ex
ea caliditas in totū corpus. Respondet qꝫ in ter-
minis. i. diffinitionib⁹ harum dispositionū atten-
ditur vna conditio. s. qꝫ non sit qd̄ prohibeat. po-
test ergo ipediri delatio caloris sicut ipse exēpli-
ficat in textu propter aliquid prohibēs: aut qꝫ non
esset tēpus sufficientis. ipse ergo per pcessum illuz
intelligit noui caloris sparsionē. Secundus auteꝝ
modus est magis amplius et veritati conformis.
et de mente doctorū nec Auicē. contrarius. lz p̄mū
magis specificauerit. seruabimus itaqꝫ hunc fm̄
modum in determinatione istius q̄stionis. ¶ Se-
cundo notandū qꝫ omnia meꝝbra alia a corde sunt
minus calida spū et sanguine cordis in naturali
dispositione. p̄t. quia inter alia membra a corde

epar est calidissimū: qd̄ tamen est minus calidum
sanguine. prima primi. ¶ Tertio notandū qꝫ cum
duo vel plura calida approximant aliquid tertio:
qd̄ vtroqꝫ illorū sit minus calidum se inuicē iuuat
ad calefaciendū illum tertiu: ita qꝫ nullū illorū
agit caliditatem in tertium: que caliditas etiam
non agatur ab alio tanqꝫ a partiali agente: sicut
cum duo homines trahūt nauim vterqꝫ tanqꝫ par-
tiale agens trahit totam nauim.

Hic ita notatis sit prima conclusio
licet non omnis fe-
bris existens in corde sit procedens ab eo mediā-
tibus spiritu et sanguine in totum corpus. ois ta-
men febris existens in corde deducto impedimen-
to est apta procedere mediātibus spiritu. s. ⁊ san-
guine in totū corpus. Ista cōclusio quo ad vtrūqꝫ
partem est de intentione Auicē. in cap. de liparia
que est febris in qua interiora calent ⁊ exteriora fri-
gent: cuius est hic textus. Et habet aliquis vt di-
cat quomodo erit febris et non procedat in ea ca-
liditas ex corde in totū corpus. Responsio itaqꝫ
qꝫ in terminis. i. diffinitionibus harū rerū atten-
ditur vna cōditio vt non sit quod prohibeat sicut
diffinimus aquā frigidā et humidā quādo dispo-
sita est fm̄ naturā suam et nō fuerit qd̄ prohibeat
et diffinimus graue quod est illud quod tēdit in-
ferius quando dimissum fuerit cum natura sua: ⁊
in omnibus istis caliditas peruenit ad cor et pce-
dit in arterias et spargitur: at vero accidit probi-
bitio illius in quibusdam locis: sicut accidit et su-
per quem ponuntur pruine. ¶ Et ex hac cōclusio-
ne sequuntur duo correlaria. Primum in omni cor-
de febricitate est calor ex se sufficientis ad cōmunicā-
dum calorem febrilem toti corpori. Secundum. qꝫ
in liparia et febribus omnibus in quibus extero-
ra frigent non est dicendum illa exteriora febricitate.
¶ Contra. sequitur qꝫ sincopalis in qua exteriora
frigent et pulsus est paruus tardus et rarus non
est febris. ¶ Sequitur scdo. qꝫ morientes ex febris
bus colliquatiuis nō febricit. ¶ Sequitur tertio
omnem morientem ex febre ante mortem fieri in-
febricitatem: et in summa qꝫ nullum meꝝbrū febricit
nisi in eo calor sit intensior calore sibi debito. Noꝝ
solutio ponitur in solutione argumentorū factoz
rum ante oppositum questionis. ¶ Secunda con-
clusio. omnis febris existēs in alio membro a cor-
de procedit ab eodem mediātibus spiritu et san-
guine. probatur. quādo cūqꝫ aliqd̄ meꝝbrū aliud
a corde febris habet caliditatem preter naturā
sufficientem ledere operationes pendentem a cor-
de: vt patet ex questione precedenti. sed talis cali-
ditas: si pendet a corde: pendet etiam a spiritu et
sanguine igitur pcedit a spū et sanguine. tenet cō-
sequētia. et minor. pbatur de tertio notato. si duo
vel plura calida iuxta ponantur vni reliquis min⁹
calido: illa duo vel plura se iuuant ad calefacien-
dū minus calū. sed in fe. cor. sāguis et spūs iuxta
ponuntur alijs meꝝbris q̄ sunt ipsi min⁹ cala. igit⁹
cor. sāguis et spūs se iuuat ad calefaciendū illa
meꝝbra: ita qꝫ nulla calitas duce⁹ i meꝝbra illa q̄ nō
pedeāt a quocūqꝫ illorū tanqꝫ a partiali agente iuxta
notatū. Nō autē cor. sāguis et spūs sint calidiores
alijs meꝝbris: p̄t. ex scdo notato. qꝫ sāguis minus
calis spū ⁊ corde ē calidior epate magis calido re-
liquis meꝝbris alijs a corde. p̄ma p̄mi. et bec p̄cō-
ditatē habet de sanguine et spū existētib⁹ in venis
et arterijs: sicut de spū et sanguine existētibus in
corde: similiter de vaporibus in his p̄tib⁹ cōtētis
¶ Ex hac cōclusionē sequit primo qꝫ si aliquid me-
bro cōmunicaretur

Conclusio 1.

Auicenna.

Correlaria

Conclusio 2.

Auicenna.

Ex par ut not
bis calidus febricitatē loq̄ obicit

bro communicaretur caliditas per simplices altera-
tiones absque presentia sanguinis: aut spiritus in
illo membro adhuc calor ille procederet a corde
mediantibus spiritu et sanguine. quia illis adu-
uantibus agit cor caliditatem illam. ¶ Sequitur
secundo. quod licet in membris alijs a corde sint fe-
bres more medicorum specie vel genere diffe-
rentes: non oportet illas a corde procedere per alios
delatores quod per sanguinem id est massam humo-
ralem spiritus et vapores. illi enim simul cum cor-
de agunt omnem caliditatem febrilem in mem-
bris repertam. ¶ Tertia conclusio. non oportet ad
hoc ut dicamus aliquam febrem procedere a cor-
de ipsam esse caliditatem que producit: aut fuerit
a corde producta. Ista conclusio probatur. potest
enim aliquod membrum prius esse calefactum ca-
liditate per se sensibiliter ledere quam caliditas post
ea corde a febriliter mediantibus spiritu et sangui-
ne conseruabitur: et cum conseruabitur dicitur fe-
bris cum antea non esset febris. igitur conclusio ve-
ra. tenet consequentia. et assumptum probatur ex
primo notato.

Superest ut respondeamus ad argumē-
ta facta in principio que-
stionis. ¶ Ad primū dicitur. quod licet accidens non
migret de subiecto in subiectum. potest tamen sub-
iectum illius accidentis inducere sile a causis in parte sibi
propinqua illius susceptiva. ¶ Ad secundum sunt duo
modi respondendi. vnus ut existimo magis confor-
mis mentibus auctorum: et est quod nullum membrum
dicatur febriliter nisi habeat caliditatem extraneam
excedentem et superabundantem caliditati sibi
debitae tempore sanitatis. hec in verum sunt de in-
tentione auctorum si non volumus eorum dicta ex-
torquere. Primo hoc manifeste sonat textus Aui-
cenne superius allegatus in capitulo de liparia
et prima quarti capitulo primo. vbi declarans
particulas in diffinitione positas dicit. Et infla-
matur in eo scilicet corde aut corpore inflamma-
tione que nocet operationibus naturalibus: non
sicut est caliditas ire: aut laboris cum non vltima-
tur. Item iste textus Gal. octauo terapentice su-
perius allegatus. et statim inferius ponendus. et
primo de differentijs febrilium et Auerrois tertio. col-
ligit capitulo tertio vbi diffiniens febres dicit quod
est aggregatum ex calore naturali et extraneo su-
peradito. Hoc idem ostendit: quid nominis febris
dicta a feruore: et grece dicta pyreos. ¶ Item pro
hac parte sunt rationes. quia aliter oporteret di-
cere quod non omnis cura fit per contrarium forma-
liter aut virtualiter. nam quando extrema sunt frigi-
da. sicut in principijs paroxysmorum in liparia
in sincopali in morientibus calefaciendo extrema
omnibus auxilijs cum his que sunt formaliter et
virtualiter calida. ergo non febriliter. debet enim
febris curari per frigida iuxta doctrinam Gale.
octauo terapentice. Est autem immoderatio dis-
crasie febrilium in superabundantia caliditatis. via
igitur que in eucrasiam per infrigidationem erit.
¶ Preterea si febris in casibus iam dictis debe-
ret curari oporteret quod ipsa remitteretur: et cum
ipsa sit calor oporteret calorem remittere. sed conse-
quens est falsum. quia curantur per caloris inten-
sionem: et hec argumenta procedunt contra Gale.
dicentem quod calor existens in membris infrigida-
tis de quibus supra. est febris propter malam a
calore cordis extraneo dependentiam: quod in mo-
rientibus anhelitum frigidum aut pulsum par-
uum tardum et rarum: si debet curari febris ope-

ret quod curetur per caloris intensiorem tam in cor-
de quam in extremis: ergo nec in extremis nec in cor-
de. est febris. et secundum hanc opinionem concedendum est quod
non solum in liparia extrema non febriliter: sed neque
in principijs aliarum febrium quando sunt frigi-
da. et quod principium sincopalis non est febris. et quod
morientes ex febribus: colliquatiuis necessario
ante mortem fiunt infebrientes. et quod non est possi-
bile aliquem mori febriliter. ¶ Alia tamen opi-
nio est doctorum dicentium quod in liparia extrema
febriliter. et similiter in principio interpolatarum
Et quod in principium sincopalis est febris: et quod ba-
bentes anhelitum frigidum et extrema frigida: pro-
pter febres colliquatiuis febriliter tam secundum cor quam
secundum extrema. ille enim purus calor qui est tunc in cor-
de quam in extremis: licet sit in gradu diminutionis
respectu caloris sibi debiti: et etiam in multitudine
ne forme: tamen quia superabundat in igneitate
et preternaturalitate propter quam superabun-
dantiam ledit operationes dicitur febris. ut su-
perius dictum fuit in determinatione prime que-
stionis. et consequenter isti concedunt quod in eadem
parte adequata est febris que est mala complexio cal-
ida: et est mala complexio frigida: que duo pos-
sunt intendi in preternaturalitate: licet simul
non possunt calor et frigiditas in eadem parte ade-
quata esse. ¶ Et ad argumenta adducta pro alia
opinionem respondetur. ¶ Ad primum cum inferat
quod non omnis cura fieret per contrarium forma-
liter neque virtualiter. dicitur quod qui approximant cal-
ida cum extrema sunt frigida curant frigiditatem
et non febrem: nisi forte de per accidens intenso ca-
lore virtus fortificata expelleret humorem putri-
dum: aut venenosum a quo dependet ille paucus
calor igneus. Intentio enim in casibus in curatio-
ne febris non est remittere calorem febrilem in ca-
lore. sed igneitate: quod fiet expellendo humorem
putridum: aut venenosum a quo dependet ille pau-
cus calor igneus. In his autem febribus in quibus
calor febrilis est simul intensus in gradu cal-
oris et igneitate intentio est simul remittere cal-
orem et igneitate. ¶ Et similiter ad secundum
dicitur. quod curare febres non est semper remittere
calorem: sed bene est semper remittere igneitate
quod si in aliquo calore esset diminutus in gradu cal-
oris et igneitate: tunc non esset febris: nec mala
complexio calida: sed bene malus calor: qui est di-
minutus: sicut calore aucto frigiditas pauca ses-
cum coextensa non dicitur mala complexio frigi-
da nisi forte penderet a reuenerosa: et est magis
elementalis et magis ledens operationes quam conue-
niat: tam remisso gradu frigiditatis. ¶ Aliqui
tamen dicunt quod in habentibus anhelitum frigidum
et in principio sincopalis cor febriliter: et quod ibi cal-
or usque ad mortem est intensus in gradu cal-
oris: sed est diminutus in intensitate siue in multitudine
forme. ideo aer expirat in frigidum. quod potentia rei
insequit multitudinem forme. ¶ Sed contra hanc
opinionem essent instantie efficaces quas profe-
qui esset inutile. dicta autem auctorum: priores dice-
tes omnem febrem esse calorem igneum: et aliquando sit in
gradu diminutionis. Et similiter isti posteriores
dicentes omnem febrem esse calorem intensum supra na-
turalem: sed aliquando diminutum in multitudine
forme. Primi glosant extorquendo dicta auctorum
ad igneitate scilicet gradus ad intensiorem absque
multitudine forme. tu vero dic ut libet. ¶ Ad tertium
argumentum patet ex tertia conclusione quod sit rident-
dum. illa enim caliditas existens in membris et a corde non

Tractatus

de nouo pducatur: tñ a febre cordis cōseruatur. **¶** Et ad cōfirmationē admittitur casus: lz sit male verisimilis. et dicitur q̄ in p̄rio esse febris cordis qd̄ est primū esse feb. alto: ū mēbrozū: feb. altozū mēbrozū a fe. cordis p̄seruat: lz nō de nouo pducatur. sed in alto casu in quo ponit nūc p̄mo cor: febre: dicitur q̄ febris cordis nō p̄cedit ad alia mēbra: neq̄ forte incipit p̄cedere: lz bñ post h̄ p̄cedet. requirit em̄ tps̄ sufficiens ad p̄cessum illū. **¶** Ad quartū de febre et bica exīte in mēbris dicitur q̄ est facta et a nullo dependet speciali dependētia: sic em̄ esset siēs gñali tñ dependentia pendet a calore cordis sanguinis et sp̄rituū et hoc facit ipsam esse fientem qz etā absq̄ hoc ipsa ex se esset apta cōseruari. lz hec gñalis dependentia posset ipsam intendere et facere magis resistentē causis ipsam corrupentibus. **¶** Et ad cōfirmationē qd̄ dīcendū sit videbitur ex solone secūdi argumēti. **¶** Ad quintū negatur sequit oēm febreem esse effimera aut sanguinea et cōcedo q̄ febres cordis specificantur et denominantur s̄m diuersitatē subtozū: in q̄bus sunt calefacta esse a q̄bus pendent: non tñ specificantur: aut denominantur s̄m diuersitates subtozū in q̄b̄ sunt caliditates fiētes a quibus pendent. tales aut sunt sanguis et sp̄s: a quib̄ pendent oīs febres in mēbris generali dependētia: et dicitur sc̄do q̄ febres altozū mēbrozū a corde specificantur et denominantur s̄m denominationē febrū que sunt in corde: cōsequenter cōcederentur ille due cōclusiones illate in argumento et nō absq̄ rōne. Mā sicut caliditates exītes in mēbris denominantur febres p̄pter febres cordis: ita p̄pter easdem debent denominari sp̄alibus nominibus ipsarum. **¶** Et si instetur: quia tunc esset eadem feb. fiens et facta dependens et independens. negatur p̄na. nō em̄ omnis effimera. est fiens et dependens: neq̄ oīs et bica facta est independens. **¶** Ad sextū dicitur q̄ non est possibile cor: febre quin sanguis sp̄s calefiant caliditate fiēte et nō facta. **¶** Et ad confirmationem licet sp̄ritus citius calefiat q̄ sanguis: et calefactus citius ad membra deferatur q̄ sanguis: nō tamen est possibile corde febreiente quin ista sint calefacta: et sic ab ambobus simul penderit quelibet febris altozū mēbrozū q̄ tunc citius deferatur ad membra sp̄ritus q̄ sanguis. **¶** Ad septimū p̄ceditur a dīq̄ dēducitur. sed per sp̄ritus Auzen. dedit intelligere vapores et putridas fuligines: et quantuncūq̄ per simplicē alterationē membra aliter calefiant: illa tamen calefactio sit per sanguinē et sp̄ritus. **¶** Ad octauum dicitur. q̄ per venas et arterias dedit intelligere neruos et ceteras particulas per quas potest corpus calefieri: expressit tamen principaliora. **¶** Deinde cum dicit. **¶** Et inflammatur in eo. In hac parte Auicenna exponit duas particulas in diffinitione positas. primo declarat qualiter febris est calor accensus. in corde. in secūda sibi. (Et impedit operationem) declarat qualiter febris est calor extraneus. De p̄ria dicit q̄ feb. q̄ est calor accensus in corde taliter inflammatur in eo cor: de vt per inflammationē noceat operationibus naturalibus idest omnibus operationibus que in sunt homini s̄m naturam scilicet vitalibus animalibus et naturalibus. ledit enim febris iuxta doctrinam Auerois tertio colliget capitulo tertio omnes actiones et passionē cūscūq̄ membra **¶** Et subdit q̄ non ledit ita remisse: sicut caliditas ire: aut laboris cum non vltimatur: quia cum ca-

lidityate ire: aut laboris non vltimata remanet homo in latitudine sanitatis. sed cum febre non remanet in latitudine sanitatis sed febris ledit hominem: ita intense sicut caliditas ire et laboris cum vltimatur. illa enim caliditas vltimata ledit operationes hominis sensibiliter: sicut et febris: imo forte est febris. **¶** Pro qua particula notandum q̄ calorem sequentem iram aut laborem vltimari potest dupliciter intelligi. vno modo sicut dictum est: quia sensibiliter ledit operationes: secundo modo: quia figatur caliditas in aliqua non stri corporis particula: sicut in spiritibus: humoribus aut membris. et vterq̄ modus est ad propositum. In secunda autem particula declarat ly extraneus. est enim febris calor ita extraneus vt impedit operationem: ita vt retineatur: que particula potest tripliciter exponi. Primo vt operatio retineatur: idest non sit omnino ablata: sed diminuta vel corrupta. nam cum ablatione omnium operationum non stat vita. licet cum ablatioe aliquid cuius vt visus: aut appetit: quandoq̄ stervita in febribus. operatio enim leditur tripliciter. diminute: sc̄z cum minuitur a mensura sibi conueniente. corrupte: quando nō cōuenit aliquid indiuiduo de specie humana naturaliter disposito: ablate quando operatio omnino aufertur. **¶** Exemplū p̄mi: sicut quando homo diminute appetit et vno bolo satiatur: corrupte quando appeteret carbores et res nō conuenientes humane speciei. ablate si nihil appeteret: nunc autem in febribus retinetur operatio: qz nō omnes auferuntur: qz sic esset mors. Aliqua tamē potest totaliter auferri: vt dictum fuit. **¶** Secūdo potest exponi q̄ fe. impedit operationem: ita vt homo retineatur. i. in p̄dia ab operationibus sibi conuenientibus et solitis. **¶** Tertio exponitur a Gentile q̄ febris impedit operationem: ita vt ipsa febris retineatur. i. non sit dependens a causa primitiua. voluit enim de intentione Gal. primo de differentiis februm. nullam posse esse in corpore humano sanitatem aut egritudinem oīno a causa primitiua dependentem. **¶** Exemplum. nam si sor. habeat malam cōpositionē manus in digitis manus: vt verbi gratia. torturaz vt nō possit scribere: est eger. Si vero plato haberet torturam in digitis factam a ligatura vt nō posset scribere esset sanus: qz impedimentum illud pendet oīo causa primitiua absq̄ lesione in aliqua natura membri sui. Eodē modo potest exemplificari de sanitate. nam si quis habet bonā cōpositionem manus. i. vt possit scribere est sanus. Sive ro quis habens digitum paralyticum vel tortum non posset scribere ex se socius tamen ducendo digitos suos faceret ipse scribere: non esset sanus quia operationes ille penderent omnino a causa primitiua. Similiter oportet de febre dīcere q̄ nō sit omnino dependens a causa primitiua: sed sit facta lesio: et caliditas sit fixa in aliqua corporis particula: sc̄z in spiritibus humoribus aut membris.

Contra. temperamentum

cordis pendet ab aere respirato et est sanitas. ergo sanitas pendet a causa primitiua. **¶** Secūdo frustum lapidis positum in vesica est egritudo in numero et est causa primitiua: et opusatio vrine est egritudo immediate pendens ab eadē causa primitiua. ergo determinatio falsa. **¶** Ad primum respondetur q̄ temperamentum cordis non omnino pendet ab aere respirato: sed a spiritibus compositione

*Ho dingo e me
duo sume natura.*

positione complexionem et unitate. Ad secundum credo quod lapis positus in vesica opilans viam vrinam sic morbus in numero: et opilatio facta ab eo sit ita morbus in compositione: sicut fieret a lapide ibidem nato. Credo itaque addendum esse in definitione sanitatis et egritudinis quod sint independentes a causa primitiva ad placitum remissibile quod non est in proposito. hec tamen argumenta licet apparenter procedant contra opinionem Gentilis Adarsilij et Jacobi de forluto: non tamen procedunt contra opinionem quam sequor. Ego credo una cum principe medicorum. secunda primi primo capitulo. quod egritudo est dispositio non naturalis in corpore humano ex qua in operatione essentialiter puenit nocuentum puentum primo: et est autem compositio non naturalis aut compositio non naturalis. Et contra sanitas est dispositio naturalis in corpore humano ex qua essentialiter perficiuntur operationes puentu primo. et hec est compositio naturalis aut compositio naturalis: et sub compositione comprehenditur unitas. Et similiter secunda primi. secundo capitulo. Sanitas est dispositio per quam corpus hominis in sua complexionem et compositionem tale existit: ut ex eo operationes omnes prouentiant incolues: et egritudo est dispositio hominis huius contraria nec credo addendum esse in definitione sanitatis: aut egritudinis quod sint independentes a causa primitiva: sed sufficit ad esse egritudinis quod sit dispositio mala secundum aliquam corporis naturam per se sensibilibiter lesiua operationum. Similiter ad esse sanitatis sufficit quod sit dispositio bona secundum omnes corporis naturas per se operationum perfectiua siue bene dispositiones pendeant a causa primitiva siue non. Deinde cum dicit.

medium sicut febris putredinis. putredo enim est causa eius absque medio: et non est putredo in seipsa egritudo: immo est causa egritudinis. Febris vero apostematis est accidens apostemati existens: dum est apostema sequens ipsum: et apostema est egritudo in seipso.

In hac parte declarat huius diuisionis intellectum dicens quod febris egritudinalis secundum intentionem diuidentis: scilicet Rasis est febris cuius causa immediata non est egritudo: sicut febris sequens putredinem causa est putredo: siue per putredinem intelligas calorem putredinalem: siue intelligas putridam fuliginem. putredo autem non est egritudo sed egritudinis causa. febris autem accidens est cuius causa immediata est egritudo: sicut febris sequens apostema: aut vlcus aut opilationem.

putredo no e egritudo

Et contradicenti quidem inest ut dicat: quoniam si propterea quod febris apostematis sequitur caliditatem eius: et sequitur et dolore ipsius est simile ut sit febris accidens: tunc oportet ut sit plurimum febrium effimerarum accidens: et si ipsa sequitur putredinem que est in apostemate. tunc apostema non est causa eius prima. unde est apostema: immo quantum ad putredinem que est in ipso. Causa igitur eius que est essentialis est putredo: et apostema non est causa eius nisi per accidens.

Hor declarat in sequenti dubio

In hac parte presentis primo arguit contra diuisionem. in secunda parte ibi. (Terium occupatio). excusat se ab ulteriori argumentatione. prima in duas. nam in prima arguit contra dictam diuisionem secundum unum intellectum. in secunda parte ibi. (Et dicimus. arguit contra eandem secundum alium intellectum. In prima parte arguit sic. febris sequens apostemata: aut sequitur calorem apostematis: aut dolorem: aut putredinem. si sequatur dolorem aut calorem: et propter hoc sit febris accidens sequitur effimeras secundum plurimum esse febres accidentia. Ille enim secundum plurimum sequitur dolorem: aut calorem: ut patet discurrenti consequens est contra Rasis et sequaces qui nolunt aliquam effimeram esse febres accidens nisi effimeram sequentem bubonem. Si vero febris sequatur putredinem: sequitur quod putredo est causa essentialis: et immediata eius et non apostema nisi quantum est ratione putredinis: quare apostema non erit causa febres nisi de per accidens. Deinde cum dicit.

Nulle effimeras feb. accidens

Et dicimus quod si non significauerit per febrem accidens hoc: immo non intellexerunt per eam: nisi quod ipsa sequitur apostema hoc: et inueniunt eam per intentiones apostematis. Similiter ergo est dispositio febrium putredinis per comparationem ad putredinem.

Arguit in diuisionem secundum alium intellectum: dicens quod si intellectus ponentium hanc diuisionem non fuerit

Alexander apbrodisseus. Februm differentia una quod de essentialis. Altera vero accidentalis siue qualitatis essentialis: et essentialis quidem que ex ipsa sit februm essentialis. Qualitatis vero essentialis que ex parte accidentibus essentialis perpetuo accipit ad assumptionem essentialis nature febrium nature caliditas barum siquidem essentialis magis suscipit et in. Est autem etiam in subiecto accidens quod da existens quod per se esse non potest vel est in efficiente eius causa insuper et motus huius motus nature in quo est et qualitate siue subiectum siue causa sit.

Et sunt quidam hominum qui diuidunt febres in duas diuisiones primas: scilicet in febrem egritudinem: et in febrem accidens: et ponunt febres apostematis de genere febres accidentis.

In hac parte determinat de febribus diuisiue: et diuiditur in tres. in prima ponit diuisionem unam que secundum aliquos: precipue Rasis. 16. continentis ca. 2. est principalis. In secunda parte ibi. (Procedamus ergo) ponit aliam diuisionem febres que secundum communem medicorum opinionem est principalis. In tertia ibi. (Et diuiduntur febres) ponit alias diuisiones minus principales. prima pars diuiditur in tres. in prima ponit diuisionem dictam de intentione Rasis. secundo declarat intellectum diuisionis ibi. (Et intentio quidem). in tertia parte ibi. (Et contradicenti quidem). arguit contra hanc diuisionem. de prima parte dicit quod sunt quidam hominum: scilicet Rasis et sequentes eum: qui diuidunt febres in duas diuisiones primas: id est in duo membra que dicunt esse prima. Putant enim hanc diuisionem febres esse principalem inter omnes: scilicet quod febris diuiditur in febrem accidens et febrem egritudinem: et ponunt febres apostematis de genere febrium accidentis et febrem sequentem humorum putredinem: aut calefactum esse spirituum et similes causas que non sunt egritudines de genere febrium egritudinalium.

Et intentio quidem huius sermonis est quod febris egritudinalis est illa inter quam et causas que non est egritudo non est

Tractatus

supra scriptus: immo q̄ febris dicitur accidens apostematis: q̄ per ipsam inueniuntur apostemata. i. deueniunt in notitia apostematis sicut erit febris putredinis: q̄ per hanc deueniunt in notitia putredinis. nam per febrem exacerbantur de tertio in tertium: aut de die in diem: aut de quarto in quartum veniunt in notitia humoris putredinis.

¶ Verum occupatio in huiusmodi contradictionibus est illud quod non confert in scia medicine aliquid: et facit medicum procedere ex arte sua ad inquisitiones que fortasse impediunt ipsum ab arte sua.

¶ In hac parte excusat se ab ulteriori argumentatione contra hanc divisionem: dicens quod occupatio in huiusmodi contradictionibus non profert aliquid in medicina: immo magis impedit medicum quam iuuat faciens eum procedere ad inquisitiones que impediunt eum in arte sua. **¶** Hinc passus bene aduertat terentes omnes tempus suum in his altercationibus et quonibus Jacobi de Forlino et Agonis et Thome de Gar. qui tandem nesciunt ordinare unum clistere: et sine artis frustratur. Sunt. n. iste res a quibus in primis animis se debet expedire postea ad finem artis intendentes quam medicum vocati sunt.

Hic dubitatur ^{Atque} ^{diuisio} ^{supra} ^{posita} ^{sit} ^{conueniens}. et ut sic: quod datur a Gal. 7. pticula affozismoy. si febris non a colera. hanc eandem ut supra ponit Rasis. 16. et 17. continetis. necnon Auezoar in thesaur. Itē Auz. in pticula sequenti et statim acceptabit eam. Rñ det Dynus: et bene quod febris duplici considerat: aut in se: et sic est morbus: et non est diuisibilis in febre accensam et febre egritudine. Alio modo considerat in relatione ad cognitionem et operationem medicum: et hoc modo est conuenienter diuisa. per hoc enim quod scimus febre esse accensam scimus principalem esse intendendum illi morbo a quo dependet. secus cum est morbus a morbo non dependet. **¶** Possumus etiam dicere secundo quod non est acceptanda tanquam principalis. principalior. n. est immediate sequens: quam Auz. positur est: hanc diuisio sit ultimata et maxime medico de seruis: quam pre oculis medicus semper debet invidere in errores in quos plerumque incidunt credentes febre non ab alio morbo dependere: cum tamen frequenter decipiuntur errore prope incorrigibili. nec Auz. arguit contra eam ut improbaret eam: quod patet ex modo loquendi suo cum dicit. Et contradicenti quidem inest ut dicat. quasi dicat aliquid posset sic arguere de eum: ideo ad rationes Auz. respondeamus. **¶** Ad primum cum dicitur quod febris aut sequitur dolorem: aut calorem a patitis: et propter hoc sit accensam: sequitur plimum quod effimere sunt fe. accensam. negatur prima. ille. n. non sequuntur dolorem nec calorem a patitis nisi que fiunt a bubonibus. **¶** Ad aliud cum dicitur si sequatur putredinem a patitis ergo putredo est per se et immediata causa eius non autem a patitis. negatur prima. nam hanc a patitis non sit per se primo causa est: tamen per se. secundo causa ipsius cum producat febre per partem ipsius. i. putredinem. Et ad argumenta sua per nos alium intellectum huius divisionis cum arguitur quod ita febris ducit in notitiam putredinis: sicut ducit in notitiam a patitis. respondetur: sed est contra: quod febre putredinis ducit in notitiam putredinis: que non est egritudine. sed febre a patitis ducit in notitiam a patitis quod est egritudine. **¶** Redo tamen quod propter evitare cauillaciones quod esset tutius dicere quod febris accensam est que pendet a morbo mediante vel immediate: et hoc dico propter febre sequentem oppilationem que est accensam: cum tamen non possit sequi eam nisi mediante. illa autem febre que est

morbus est qui sequitur non morbum. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Procedamus ergo secundum id quod consuetus est. Dicamus ergo propterea quod febres a patitis et oppilationum sunt febres accensam et alie febres sunt egritudines: tunc conueniens est ut dicamus. quoniam propterea quod omnia que sunt in corpore hominis sunt tria genera. i. membra continentia illud quod est in eis de humiditatibus spiritibus: quorum comparatio est comparatio parietum balnei: et humiditas recedens et eius comparatio: est comparatio aque balnei: et spiritus animalis vitalis et naturalis et vapores effusi: et comparatio eorum: est comparatio aeris balnei: et aer balnei: quoniam in frigidatur illud quod est vicinum ei: non oportet ut ipse extingatur: immo possibile est ut remaneat: et redeat et calefaciat illud quod ei vicinum est. **¶** Similiter est unum istorum trium generum extra quod non inuenitur in homine genus corporeum.

¶ In hac parte Auz. positurus divisionem quas credit esse principalem. primo acceptat divisiones superius positam ut sequatur opinionem aliorum: et ponit fundamenta divisionis sequentis: in secunda parte ibi. (Nam si accendatur). ponit divisionem illam. in tertia parte ibi. (Nec ergo diuisio febris est). dicit ipsam esse proptinquam diuisio nem que datur per essentialia. De prima parte dicit in sententia. procedamus ergo secundum illud quod consuetum est de hac diuisioe supra scripta ab alijs et dicamus sicut ipsi quod febre apostematum et oppilationum. et supplete vos vlcera et aliorum membrorum sunt febres accensam: que autem sequuntur putredinem calefactum esse spirituum: et huiusmodi: que non sunt morbi debent dici febre egritudines. Postea Auz. cenna ponens fundamenta diuisiois sequentis. dicit quod in humano corpore sunt tria genera corpora: scilicet membra que in se continent humiditates et spiritus. secundo humiditates ipse. tertium est spiritus animales vitales et naturales et vapores effusi: scilicet in membris corporis qui vapores nondum receperunt formam spiritus vel sunt spiritus corrupti vel forte vapores a membris eleuati. nam vapores et putride fulgines sub humoribus eleuati ab humoribus continentur. hec autem tria comparantur ad tria corpora que in balneo sunt reperta: membra quidem ad parietes balnei. humores ad aquam balnei. spiritus et vapores effusi ad aere balnei: aer autem balnei quando infrigidatur illud quod est vicinum: scilicet parietes et aqua balnei non oportet propter hoc ut ipse aer extingatur: immo possibile est ut calidus remaneat vel de nouo calefiat et calefactus calefaciat parietes et aquam balnei: sicut est videre in balneis que calefiunt a fornace sibi proxima mediante ductu ferreo per quem aer ignitus peruenit ad balneum. Similiter parietes balnei calidi possunt calefacere aquam balnei et aerem: et aqua balnei calida potest calefacere parietes et aerem balnei. Similiter potest accidere in humano corpore propter illa tria genera corporea ultra que non inuenitur aliquid corporeum.

Sed contra [¶] Nam preter hanc tria genera corporea sunt in humano corpore elementa aer inspiratus aqua bibita cibi et similia.

¶ Alexander apbrodisicus. **¶** Luce sint in nobis tria: solidi humores et aersa essentia: et portiones corporis nostri que solide ad humorum humectationem naturalis flatu aere effente potest natura caliditate quoniam ex alio dictorum capere principium. Distribui autem atque disponi a parte relictis duo genera nisi per dissolutionem puenit atque distrabi et hic tres nobis que ad siluam febrium dicit referunt: una quidem que aersa essentia sola satis calefacta est at humida et solida calefiunt quidem ipsa quoniam at necdum calefacta: nec enim parum differunt calefieri et calefactum esse. hoc enim potest esse que commixtum semper et necdum calefacta hanc ut sit hanc factum est nec potentia commixtum est: estque actione. **¶** Alia vero que humorum essentia calefacta est. **¶** At necdum calefacta est aersa essentia neque solida ad hanc calefiunt necdum calefacta sunt. **¶** Tertium et vltimum que iam calefacta sunt solida. **¶** Cetera vero calefiunt quidem at calefacta non possunt. **¶** Prima igitur differentia quotidiana nas sine effimeras. **¶** Secunda in putridis humoribus succiones hanc. **¶** Tertium et hanc omnia dicit febris.

Febris dupl. sup.

Febris arm.

similia. ¶ Dicendū qđ elemēta sunt partes istoꝝ
triū tam dictoꝝ. Sed Autē. intellexit in littera qđ
preter ista tria corporea cōcurrētia ad cōstitutio
nē corporis bumant nō est aliqđ genus corporeū
qđ nō sit pars alicuius istoꝝ. nūc autē elemēta. sūt
partes vniuscuiusq; istoꝝ. aer autē inspiratus et
aq̄ bibita et cibi bibiti nō sunt partes constituen
tes corpus hūanū. cōillus autē lac et hūiditates
secūde stercoꝝ et similia: sub hūiditatibꝫ compre
bendūtur: capilli autē nō sunt partes integrantes
corpus humanū. i. necessarij ad cōstitutionē cor
poris humani. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nam si accendat febris in mēbris radi
calibus accensione prima sicut accenditur
adustio: verbi gratia: vt in parietibus bal
nei: aut per follē ferrarij: aut per ollā coci:
tunc illud genus febrū noīat febris ethi
ca. ¶ Et si accēdit febris accēsiōne prima
in hūioribꝫ: deinde accēdatur ex eis in mē
bris: sicut accidit vt accendat aq̄ calida in
balneo: et igneāt lateres eius: aut ius ca
lidū in olla cā ei: tūc illud genus feb. noīat
febris hūoris. ¶ Et si accēdat febris accē
siōne sua p̄ia in spiritibꝫ et vaporibꝫ: deinde
accēdat ex eis in mēbris et hūioribꝫ: sicut ac
cidit vt pueniat ad balneū: aer ignisq; accē
dat in eo: et calefaciat aerē eius: et puenit ad
aquā et parietes: tūc genꝫ illd febris noīat
febris effimera: qm̄ est accēsa in re subtili: q̄
resoluit cū velocitate: et raro p̄trāsit diē cuz
nocte sua: nisi p̄uertat ad genꝫ aliud febrū.

¶ Dic Autē. ponit diuisionē quā intēdit dīcēs.
qđ si accēdat febris in mēbris radicalibus q̄ sunt
oīa mēbra p̄ter adipē et pinguedinē: licet mēbra
sp̄matica maxime iter oīa vocē radicalia. q̄a sūt
tanq̄ radices et fundamēta alioꝝ. Accēsiōe p̄ma
vt det exēplū ethice alijs febribus nō cōplicate:
tūc dicitur febris ethica. i. habitualis. vel q̄ iuxta
fīdiorū habitū corp̄is et fixas corp̄is partes pos
deat q̄ ethica dī: vel teneat sicut adustio: calor em̄
ethicus magis cōuenit cū calore adustiuo quā cū
putrefactiuo q̄ est calor febrilis putridaz: mēbra
nāq; ethica adurūtur et excicātur: sed non putrēt.
hūores autē facietes putridas putrēt. Que autē sit
diuisionē iter putrefactionē et adustionē dīcēt in
p̄ncipio tractatus scđi būsus fen. declarat autem
hoc exēplariter in parietibꝫ balnei: follibꝫ fabri:
et in olla coci. ¶ Deinde notificans humoralem
alijs nō cōiunctā replicat qđ si accēdat febris ac
censiōe p̄ma in hūioribus: deinde in mēbris. i. cuz
ex aq̄ calida accēdūtur parietes balnei et ex bro
dio calido olla coci: tunc est febris humoralis. et
dixit hūoralis vt cōprehēderet putridas et nō pu
tridas. i. B. nono terapētica. viij. cap. ponat sin o
chas sine putredine quasi medias inter putredī
nem et effimera. ¶ Deinde hoc idem dicit de effi
mera ostendēs qđ dīcatur effimera qđ raro p̄tran
sit diē naturalē nisi cōuertat ad aliud genꝫ febrū.
Est em̄ calor accēsus i spiritibꝫ q̄ facile aut resol
uunt: aut ad tēperamētū propriū reducunt p̄pter
tenuitatem sue substātie. effi. dī ab bymera grece
qđ est dies latine. vnde effimera febris dīet. Et i. B.
dicat ysach qđ effimera dīcat ab effimeron p̄isce:
cuiꝫ vita et p̄odus finit in diē naturalē. credo po
tius qđ tam effimera q̄ effimeron dīcant ab effi
meris grece idem sonante qđ opus dīet.

¶ Nec ergo diuisionē febrū est per modū
pp̄inquū diuisioni euenienti p̄ differētiās.

¶ Dic extollit hāc diuisionē dīcēs qđ est pp̄inqua
diuisioni euenienti per differētiās essentialēs.

Super hac particula cadūt duo dubia
p̄mo vtrū q̄libet febris spe
cificet et denoietur scđm subiectū calefactū eē in
corde. ¶ P̄mo cuius dīcisiōne ponēde sunt iste due
conclusiōes. Prima. licet oīs feb. cordis p̄deat a
calefacto esse alicuius subiecti existētis in corde:
nō tamen oīs febris aliarū partium dependet ab
hūoī calefacto esse depēdētia speciali. p̄ma ps
est de intētiōe B. p̄mo de differētijs febrū. et p̄
bat inductiue. effimera nāq; cordis p̄ndet a cale
facto esse spūs existētis in corde. et ethica a cale
facto esse substātie cordis: et hūoralis a calefacto
esse hūoris: vel vaporis existētis in corde. Secūda
pars probat. nā possibile est febrem fixam esse in
aliquibꝫ mēbris sola febre fiente existente in cor
de vtrūta effimera. sed oīs talis feb. fixa est inde
p̄dēs depēdētia specialē. i. q̄libet et c. Assumptū autē
declaratum fuit in q̄stione p̄cedēte. ¶ Scđa cō
clusiō. oīs febris siue cordis: siue aliarū partium spe
cificatur et denoietur h̄m aliqđ subiectum calefa
ctum esse existētis in corde. p̄bat. oīs feb. cordis
specificat et denoietur scđm aliqđ subiectū cale
factū esse existētis in corde. sed oīs feb. aliarū par
tium specificat et denoietur scđm exigentiā feb.
cordis. ergo oīs febris aliarū partium specificat et
denoiet h̄m aliqđ sub̄ calefactū eē i corde. t̄ p̄na
et minor p̄bat inductiue vt supra et ē de intētiōe
B. p̄mo de differētijs febrū.

Contra determinatiōne instatur ponamꝫ
qđ per caliditātē fientē in sangui
ne et spū et in alijs partibus corp̄is p̄ducāt cali
ditatē fientē in corde sensibilibiter ledēs op̄ationes
tūc manifestū est qđ caliditas cordis est feb. quia
sibi cōpetit diffinītiō feb. et tamen nō p̄ndet ab
aliquo calefacto esse cū nullū sit. ergo et c. ¶ Forte
nō admittitur casus. Contra per caliditātē fientē
in sanguine et spū potest deferrī caliditas a
corde in totū corpus iuxta determinata. ergo cuz
cor sit ceteris mēbris inflamabiliꝫ poterit calidi
tas ad ip̄sum deferrī. mediātē caliditate fiente
sanguinis et spūs. ¶ Ad hāc ratiōne dīcēt admī
so casu qđ illa caliditas cordis licet sensibilibiter le
dat op̄ationes: tamen non est feb. nec sibi cōpetit
diffō fe. nō em̄ est calor accēsus in facto esse i ali
qua corp̄is p̄tūcula qđ requirit ad esse cuiuscūq; feb.
siue facte siue fientis in corde. ¶ Scđa rō cōtra de
terminatiōne est: qđ de intētiōe Hippocratis et B.
in afforismo illo. In bubonibus oēs febres male
exceptis effimeris. Effimera in corde fit per solā
cordis calefactionē absq; qđ deferat vapor putri
dus ad cor. qđ sic esset pu. neq; appet ibi aliquod
calefactū esse. ¶ R̄ndet qđ i corde est calefactū esse
spiritū uū qui spūs erāt p̄mo in mēbro bubonato:
et postea sunt ad cor delatī spūs em̄ lesi trabūtur
ad cor vt fomentū inde recipiant. ¶ Tertio cōtra
determinatiōne arguit. qđ sequitur qđ omnis feb.
putrida esset continua conclusa. cōsequēs falsum
et p̄batur p̄na. qđ illa est fe. cōtinua cōclusa q̄ p̄
det a pu. hūorum in corde existētis. ¶ Ad bec r̄ndet
qđ si putrerēt humores p̄p̄ij ip̄sius cordis facerēt
cōtinuā cōclusaz. sed si vapor putridus aliūde ad
cor deferatur: potest facere febrem interpolatā et
continuum proportionalem secundum exigentiā
humoris putrentis: aut extra venas: aut in venis
a corde distantibus qui vapor gerit vicem et sapit

Radix radicalis

Hebra

Synach

Ysach

Tractatus

naturam hūoris a quo eleuatur. quapropter ipso existente in corde possumus dicere aliqd subiectū calefactū esse in ipso corde a quo feb. cordis pendet specificatur et denominatur. Que autē sit differentia inter calefactum esse et calefieri patuit ex questione precedenti.

Secundum dubium *utrum diuisio feb. i effimeras humorales et etbicas sit per differentias essentielles.* In qua questione primo tenendum est qd feb. cū sit quid minus cōmune calore qd est species specialissima nō potest diuidi p differentias essentielles quibus diuidunt genera apō pbyficū et metaphyficū. Dicendū scōdo. qd licet nō habeat differentias essentielles: habet tamen species et differentias similes essentialib⁹: de qb⁹ pbyficus et medicus cōsiderāt. si cut em̄ ille differentie essentielles ducunt pbyficū et metaphyficū in cognitionē specterū et inuentionē diffinitionū et tandē in finē suū qui est scire: ita iste differentie et species siue modi feb. ducunt medicū in finem suū: ita ut per has cognoscat naturā febriū: causas: pronostica: et tandē curam. Nam si medicus scit qd feb. est etbica scit ipsam esse fixā subo denso et difficulter remouibīlē: p̄cipue si ventum sit ad secundam speciem: scit etiā intentiones curatiuas esse infrigidationē humectationem et restorationē. Si autē sciuerit qd sit effimera scit ipsam esse breuis terminationis et curandā esse p infrigidationē et humectationē absq̄ euacuationē. Si autē sciuerit qd sit humoralis scit ipsam esse breuem: aut longam: mortalem: aut salubrem p̄ exigentiam humoris a quo pendet: et alias circūstantias. scit etiā in cura eius duplicem esse intentionē vnā circa causam cōplendā per digestionē et euacuationē. alterā circa febrem cōplendam per infrigidationē et hūectationē. Est itaq̄ hec diuisio propinqua vel similis. ut dicit Aucē. diuisio euentū per differentias essentielles ad intellectum dictum. Et ex determinatis manifestum est qd omnis febris est effimera etbica vel humoralis. Contra ponamus qd ad esse febris et sensibilis lesionis operationū requirant tres gradus caloris preternaturalis. in corde sit solus vnus gradus fix⁹. in suba cordis addatur scōdus a calefacto esse sp̄rituū: et addat tertius a calefacto esse humorū: tunc aggregatum ex his trib⁹ gradibus est febris: et quilibet illoꝝ trium per se non esset febris: sed neutralitas. tunc arguit sic. hic totus calor est feb. et nō est etbica. quia si hic totus esset etbica totus esset independens. consequens contra casum: neq̄ totus hic calor est effimera: aut humoralis. quia sic totus esset dependens dependentia specialī: qd est contra casum. Ad hoc dicit qd hic totus calor est febris etbica effimera et hūoralis de copulato extremo et non copulatiue nec diuisiue propter rationes dictas. **Secūdo** arguitur. ponam⁹ a mēbro putrefacto sc̄s a substantia mēbri eleuati putridā fulgine ad cor et facere febrem in corde: tunc hec est febris et nō effimera. quia nō dependet a calefacto eē sp̄rituū: nec humoralis. quia nō dependet a calefacto esse humorū: sed solum a mēbro suba: neq̄ ē etbica: qd est dependēs dependentia specialī. Ad hoc dicit. qd est hūoralis et putrida pēdēs ab humiditate mēbri euaporate. **Contra** ponam⁹ qd aliq̄ pars cordis putrefiat et faciat febrem: tunc hec est etbica: qd fixa in corde: et est fixa et putrida: qd pendēs a putredie. ergo aliqua erit etbica et pu-

trida. dicit qd hoc est concedendū. ut pbat argumētū. Alia hō argumēta de sp̄mate hūmib⁹ cōbilō: et sūb hūiditatib⁹ putredib⁹ facile solūtur. qd oēs iste sunt putride pendentes ab humiditatibus putridis.

Et diuiduntur febres alio mō: dī em̄ qd de febrib⁹ sunt febres acute: et de eis sunt nō acute: et de eis sunt cronice: et de eis sūt nō cronice. Et de eis sūt nocturne: et de eis sunt diurne: et de eis sunt salubres recte: et de eis sunt habentes accidētia horribilia. Et de eis sunt dimittētes: et de eis sunt inseparabiles. Et de inseparabilib⁹ sunt qdaz qb⁹ sunt remissiones: et de eis sunt qb⁹ sunt intensiōes. Et de eis sunt qb⁹ sunt fortiores et de eis sunt similes. Et de eis sunt frigide habētes rigorē: aut horripilationē. Et de eis sunt simplices: et de eis sunt composite. In hac pte ponit septē diuisiōes minus p̄ncipales. p̄ma qd aliq̄ fe. sunt acute: et aliq̄ nō acute: aliq̄ cronice. febres autē acute sunt breuis terminationis et seuor accidētū: ut p̄z in cōmēto afforismi. Acute egritudines i quatuor dieb⁹ terminant. Ex quo inferē qd h̄z effimere i breuis terminationē: tñ cum nō sint seuor accidētū nō dicuntur acute. acute autē ad mīmū terminantur i quatuor dieb⁹ et vocāt pacute. ad maximū autē in .xliij. et vocāt acute absolute. nō acute autē absolute dicūt acute tropice. i. pueriue. qd ex acutis absolute ad cronicas puerunt. et iste terminatur a .xliij. vsq̄ ad .xl. In clusue crōice autē. i. tpales terminatur a .liij. supra. **Secūda** diuisio. febriū qdaz sūt nocturne. i. solū affligētes i nocte: aut saltē notabili in nocte qd i die. aliq̄ dicūt diurne ex cāis p̄t rarijs. **Tertia** diuisio. quedā sunt salubres recte. i. non cū accidētib⁹ terrore facientib⁹: quedam sunt habētes accidētia horribilia: siue ad mortē terminēt siue nō. **Quarta** diuisio. febres qdaz sunt dimittētes. i. interpollate: qdaz sunt inseparabiles. i. p̄tinue. **Quinta** diuisio. febres p̄tinue sunt quadruplices: sunt em̄ qdaz hntes remissiones. i. qd pcedūt remittēdo a p̄ia sua inuasiōe vsq̄ ad finē: et dñr paugmasticce. Quedā sunt hntes intensiōes. i. pcedūt intēdēdo a sua manifesta inuasiōe vsq̄ ad finē: et dñr augmasticce. Quedā sunt hntes exortatiōes. i. qd aliqñ intēdunt: et qñq̄ remittuntur: et iste sunt p̄tinue p̄portionales. Quedā sunt similes. i. a sua p̄ia manifesta inuasiōe vsq̄ ad finē equaliter affligētes et dñr omotene. **Sexta** diuisio. quedā sunt frigide. i. hntes rigorē frigus aut horripilationē: quedā sunt calide. i. sine t̄po. **Septima** diuisio. quedā sunt simplices ut tertiana quarta et quotidiana. quedā composite sicut em̄stritus. **Iste** autē diuisiōes dñr minus p̄ncipales qd supra scripta in etbicam effimera et humorale. qd minus medico deseruiūt ad cognitionem pronosticationē et curaz: sicut pōt patere ex dictis in solutiōe dubij immediate pcedētis.

Dubitatur h̄a doctorib⁹ utrū fe. sit morbus h̄a cōposit⁹ ex calō et sicco. huius dubij solo erit manifesta ex dīcēdis. Et arguit qd sic. ex intētiōe Gal. in particula p̄ma afforismi. Humide diete et. Dicit em̄ qd febris est morbus calidus et siccus. Et confirmat: qd ex afforismo preallegato humide diete oibus febricitantibus conferūt: et go cum cura fiat per p̄trariū: sequit qd febris si morbus siccus: et cū sit calidus ut manifestū ē ex diuisiōne:

Champerus. Cū sint i nobis tria: solidi hūores: et aërofa essentia: et poriones. corpis nostri qd solide. At hūorū hūectio. Et bec ip̄sa ḡna multas subeūt differentias preter magis et min⁹ contra naturā caliditatis quāctiā essentialē febriū dicitur. cē differentiaz: quālongas et breues febres nominamus et p̄ter modū mori quo tarde et celeres dicunt febres reliquantes et nō. De cere etiā cōsueuimus febriū alias quidē rubentes: alias pallidas: alias lividas: alias aliter.

febrū habitus

finitione: erit morbus cōpositus ex calido et sicco. Quid aut sit dicendum de hoc dubio p̄t̄ ex sn̄ia Galeni. nono terapētica. et p̄t̄mo de differentiis febrium. ubi dicit q̄ febris est de essentia caloris siue in genere caloris. Constat aut q̄ calor est forma vna simplex nō includēs siccitatē tanq̄ p̄tem suā: neq̄ in essentia sua. et in hoc oēs antiquae diffinitiones cōueniūt. Itē sc̄do cōcedendū est q̄ aliquid est febris: sens in quo nō est siccitas preter naturam. pbatur. nam aliquis p̄t̄ habere humiditatem superfluā. si ergo febris in illo accendat̄ per tēpus stabit febris anteq̄ inducatur siccitas sensibiliter ledēs operationes. immo forte per febrē ad t̄pamentum in passiuis reducet̄. quare in isto febris nō erit morbus calidus et siccus. Tertio dicendū est oēm febrē esse morbū preternaturaliter exccatū. Est em̄ oīs febris caliditas ignea humani corporis exccatua. Ex quo infer̄ q̄ oīs febris est morbus virtualiter siccus: h̄ nō sit essentialiter siccitas: sed solum calor: et hoc voluit Galenus allegato. Et similiter Hippocrates cū dicit humiditas dietas oibus febricitantibus conuenire actu. sc̄z vel a p̄t̄itudine. Et hec sufficienter pro determinatione huius dubij omittis multis superfluis positis a doctoribus: quorum inquisitionis magis conueniret pb̄t̄osop̄o naturali q̄ medico.

De preparatis ad febres Cap. ij.



Quere q̄dā q̄ corporeb̄m̄t̄ preparata ad febres sunt corpora calida et humida: et p̄p̄ie cum h̄m̄ditas ē fortior caliditate: et isti q̄dē sūt feridi sudoris et vr̄ie: et egestiōis

Hoc est sc̄dm̄ capitulum p̄t̄m̄ tractatus p̄t̄me fen quartū canonis: in qua agit̄ de corporibus preparatis ad febres. sic em̄ dicit rubrica cap̄t̄i Dabet hoc capitulum partes duas. in p̄t̄ma agit̄ de corporibus preparatis ad febres. In secūda ibi. (Et corpora fr̄gida) agit̄ de corporib̄ longinquit̄ibus a febr̄ibus. P̄t̄mam partem d̄t̄ uido in quatuor s̄m̄ quatuor gradus corporum preparatorum. in p̄t̄mo gradu ponūt̄ur calida et humida. in secūdo ibi. (Et corpora calida. ponūt̄ur corpora calida et sicca colerica.) in t̄t̄t̄a ibi. (Et sequuntur bec ambo) ponūt̄ur corpora calida tantū: q̄ equāt̄ur in humiditate et siccitate. in quarta ibi. (Postea illa) ponūt̄ur humida tantū que equantur in actiuis. De p̄t̄ma parte dicit̄ q̄ quidā dixerunt: et isti nō fuerūt Galeni neq̄ Galenus sicut male opinatus est Gentilis cum isti dicant oppositum vt̄ videbit̄ur. sed fuerunt alij qui nobis sunt ignoti. Dixerūt ergo illi q̄ corpora paratioza ad febres sunt corpora calida et humida: et p̄p̄ie que sunt magis lapsa ad humidum q̄ ad calidum. hec em̄ corpora sunt feridi sudoris et vr̄ie et egestiōis.

Et corpora calida et sicca: iterū sunt p̄parata ad feb. calidas: et incipiūt̄ prius effimere. deinde festināt̄ ad putredinē et aduersionē: et q̄nq̄ faciūt̄ cadere in et̄hicam.

In secūda parte ait̄ q̄ iterū corpora calida et sicca sunt multum ad febres preparata: sed s̄m̄ plurimum prius incipiunt in eis febres effimere. deinde festinant ad putredinem et aduersionem et ad febres putridas et aduersiones. que febres tam d̄t̄cte quandoq̄ faciunt cadere in et̄hicam.

Notandum pro declaratione partium

q̄ corpora calida et humida sunt ad febres parata et maxime putrida propter caliditatem actiue concurrentem et humiditatem disponentē ad putredinē. et p̄p̄ie q̄n̄ humiditas superat calorem: ita vt̄ obrundat et suffocet ipsum. Contra. plurimum minus putrescit pauco. quarto metheozōrū. ergo q̄t̄um humidus est maior: maior erit putrescibile. Dicendū q̄ quantum humidum est maior et bene a calore regulatum: sicut apparet in aqua multa et h̄m̄di humiditas que cum multa sunt minus putrent q̄ pauca. sed in proposito humidum illud multum non est bene a calido regulatū: vnde multiplicantur superfluitates ad putredinem disponētes. Item humidum illud superfluum disponit ad putredinē op̄ilando: p̄obibendo cūctationem: et calorem suffocando: quapropter sua caliditas efficitur extranea. Notandum secūdo q̄ h̄m̄di corpora sunt feridi sudoris: vr̄ie et egestiōis p̄pter plurimas superfluitates acuitate participantē multiplicatas in p̄t̄ma sc̄da et t̄t̄t̄a digestionē quapropter ferent sicut corpora bircozōrū. octauo terapētica. Trū aut aliqua putredo stet cū latitudine sue sanitatis nō intendo ad p̄sens disputare. Eredo tamen q̄ nō sit inconueniens q̄ in huiusmodi corporibus cū latitudine sue sanitatis stet in aliqua leuis putrefactio cuius signum est fetor exentium. Quod aut dicit̄ Auicenna. t̄t̄t̄a p̄t̄m̄. q̄ ars cōseruatiua sanitatis facit securitatem de p̄obibitione putrefactionis omnino intelligitur in corporibus inculpate sanis. Notandum t̄t̄t̄o q̄ corpora calida et sicca sunt ad febres parata propter similitudinem: cū febris sit calor formaliter et siccitas virtualiter. In istis aut et fere in omnibus antecedunt febres effimere propter spiritus inflammabilitatem et subtilitates. vult em̄ Galenus. p̄t̄mo de differentiis feb. p̄t̄mo capitulo. q̄ sp̄s facilius q̄ humores: et humores facilius q̄ membra vt̄ plurimum recipiunt calefactū esse. ubi dicit̄ q̄ oīs leptomeris substantie facilius alterat̄ per accidens: et q̄ humores eorum sunt mordaces inflammabiles nō multū amici nature facile putrescunt et aduruntur: et sic facilius transeūt ad feb. putr̄. et aduersiones: inter quas inferius in capitulo de causone ostendetur differentia. cadūt etiam facilius in et̄hicam: cum corpora eorum sint calida: et sicca et̄hicē proportionata. permutatio em̄ in genere proportionali est facilior.

Dubitatur

vr̄ū corpora calida et humida sint ad febres ceteris partioza. et videtur q̄ sic. ex sn̄ia Auicenne in capitulo p̄senti auctoritate aliorū quos non reprobat quare sibi videtur cōsentire. In oppositū est. Galenus. octauo terapētica. io. cap̄t̄o quem sequitur Rasis. i. 6. cōtinentis sc̄do capitulo qui in p̄mo gradu inter parata a feb. ponūt̄ corpora calida et sicca. in secūdo gradu calida et humida. Pro solone dubij p̄t̄m̄t̄endum p̄t̄mo q̄ aliqd̄ corpus esse paratū ad feb. p̄t̄ dupl̄ intelligi. vno mō q̄ facile est aptū ad febres p̄mutari. et ecōtra. illud est minus patū ad febres q̄ difficile ad feb. p̄mutatur et cū difficultas actionis iuxta cōz̄ opinionē habeat attendi penes potentiam necessariā ad operationē illud corpus erit magis paratū ad fe. q̄ a minorē cā p̄t̄ ad feb. trāsmutari: et ecōtra. illud erit m̄n̄ patum q̄ fortioz̄ erigit cām ad ipsum trāsmutādū ad fe. Sc̄do mō p̄t̄ intelligi aliqd̄

Galenus

Hippocrates.

Contra Galen.

inimigo

Somnita Gmndi

Corpora humida non ferunt.

Auicenna.

Galenus.

Non tam facile

parabi esse ad febres dupl' diti.

Tractatus

corpus esse paratū ad feb. qñ aggregatū ex oib⁹
preparationibus ad fe. est mai⁹ in ipso q̄ in alto
preparationes aut̄ iste sunt. s. preparatio ad etbi
cas: preparatio ad effimerā et pparatio ad humo
ralem. ¶ Premittendū. scō q̄ aliq̄ corpus esse p
paratū ad fe. pōt̄ itelligi: aut ad fe. absolute: aut
ad feb. facile cognoscibiles. dicimus em̄ q̄ putri
de facile cognoscunt̄. sed effimere ⁊ etbice in suis
pncipijs difficulter vt̄ inferius Autcē. vbi agit de
effimeris i particulari: et tractatu tertio. vbi agit
de etbicis.

*Summa Corpora
colerica parahora
p ad effimeras
⁊ sanguinea ⁊ s
ginea q ad putridas
qñ colerica.*

Quibus ita premittis sit bec prima cō
clusio. accipiēdo paratus
primō mō corpora colerica sunt magis para ad
feb. q̄ sanguinea q̄ et quecūq̄ alia pbat. nā cor
pora colerica facilius trabunt̄ ad effimerā q̄ san
guinea: et tā colerica q̄ sanguinea facilius trabū
tur ad effimerā q̄ ad quācūq̄ aliam febrē. ergo
corpa colerica sunt magis parata febre q̄ san
guinea. ¶ Scō p̄clo. accipiēdo paratū. scō mō
colerica sunt magis parata ad feb. q̄ sanguinea
et quecūq̄ alia pbat: qz in colerico est maior p
paratio ad feb. effimeras q̄ in sanguineo: aut ali
quo alio. ⁊ in ipso est etiā maior pparatio ad etbi
cas. iuxta textū Autc. et cū hoc est valde paratum
ad feb. adustiuas et putridas: iuxta textū Aut. er
go absolute est magis paratū ad febres q̄ sangui
neū. ¶ Et be due cōclusiones sunt p op̄tione Sa.
et Rasis. Et ex istis inferitur q̄ corpora colerica fa
cilius februnt̄ q̄ sanguinea. ¶ Tertia cōclusio p
op̄tione Aut. corpora sanguinea sunt magis pa
rata ad feb. facile cognoscibiles. i. ad putrida q̄
corpora colerica. ¶ Correlatum. corpora sangui
nea frequētius februnt̄ pu. q̄ colerica. Nec tñ ter
tia cōclusio nō hz demonstrationē: sed persuasio
nem. qz in sanguineo simul cōcurrunt cause agen
tes ⁊ patiētes cōcurrētes ad putredinē. ⁊ cū hē in
eis mlt̄a op̄latio p̄hibēs euetrationē ⁊ plime sūt
supfluitates facile putrescibiles. ¶ Deinde cū dīc.

**Et sequuntur ea ambo que equantur
in humiditate et siccitate: et dominatur
caliditas: et ista sunt de genere eorū qui
bus incipit febris vaporis calidi. deinde
permutatur ad febres humoris.**

¶ In hac tertia parte ponit tertiū gradū corpoz
pparatorū ad febres que sunt corpora calida tñ
i. lapsa a tēperamento per caliduz: et in passiuo
tempata. et dicit q̄ ista sunt minus parata q̄ duo
precedēta et magis parata q̄ sequētia. et in ipse
icēpiūt febres vaporis calidi. i. effimere: quarū ca
lesfactū esse est in vapore calido qui est spūs demū
cōtinuata actione calorīs permutat̄ ad feb. hūo
rales: incipiūt aut̄ febres effimere: qz habēt spūs
multos: et valde calidos et inflāmabiles. bec em̄
cōplexio p̄portioata est multiplicatiōi sp̄rituū
qui sunt magis calidi q̄ humidī. sunt aut̄ bec cor
pora minus parata ad febres ⁊ pprie putrida q̄
calida et humida. qz habent paucitatē supfluita
tū: nec ita sunt parata, op̄latiōi cū habeāt mi
nus de humiditate q̄ calida ⁊ humida. lz forte nō
sunt minus parata febribus effimeris. Sunt etiā
minus parata ad feb. q̄ corpora colerica que
pp̄ter vtranc̄ qualitātē sunt incendio parata ad
febres effimeras etbicas et humorales: et pprie
colericas tam putridas q̄ adustiuas.

**¶ Postea illa in quibus equantur calor
et frigus et multiplicatur humiditas: et**

De horis

istis quidem febres putredinis accidunt
fm plurimum incipientes.

¶ Ponit hic quartū gradū et sunt humida tñ tē
perata in actiuis et lapsa a tēperamento per hū
dum: et in istis incipiūt feb. putredinis pp̄ter hu
miditatē superflua ad putredinem disponentem
Ista aut̄ corpora lz forte sunt magis para ad pus
tridas q̄ calida tñ: sunt tamē minus parata q̄ il
la ad etbicas et effimeras: quapropter absolute
comparata tripl̄ci preparatione sunt absolute
minus parata ad feb. q̄ calida tantū. ¶ Contra:
bec corpora sunt magis parata ad feb. q̄ calida
et humida. igit̄ ordo malus. tenet cōsequētia. qz
ex snia Autc. corpora calida et humida sunt maxi
me parata ad feb. qñ humiditas vincit calidita
tē. sed in humido tñ humiditas magis vincit cal
liditatem quā in calido et humido cū humiditas
in ambobus sit equalis et caliditas sit remissior
in hūido tñ q̄ in calido et hūido. ¶ Dicenduz q̄
nō solū sufficit dominū humiditatis supra cali
ditatē ad disponendū corpus ad putredines: sed
requirit̄ etiā q̄ sit caliditas notabilis potens pro
mouere ad putredinē qd̄ nō est in humido tantū:
sed bene in calido et humido. Et q̄ bec rñsio sit ve
ra manifestū est. nā ex eodē argumeto p̄bare q̄
frigida et humida sunt magis ad putredinem pa
rata qd̄ est contra omnīū determinationem.

**¶ Et corpora frigida et humida et frigi
da et sicca sunt longinquoza corpora a fe
bribus et pprie effimera.**

¶ In hac pte vltima p̄sentis capli ponit corpora
longinquoza a febr̄ib⁹ dīcēs q̄ sunt corpa frigida
et hu. et frigida ⁊ sic. ⁊ pp̄te ab effimeris. non em̄
habent bec corpa spūs incēdio patos. et corpora
frigida et hu. resistūt fm vtranc̄ qualitātē lapsū
febr̄i q̄ est calor formalr et siccitas virtualter. et
ista corpora inter oia sunt maxime longinqua ab
etbicis et effimeris. frigida aut̄ et sicca magis lō
ginqua a putridis quā aliqua ex p̄cedentibus.

Dubitatur cū nouē sint cōplexiōes octo
distempate quatuor. simpli
ces. s. calida tantū: frigida tñ: sicca tantū: et hūda
tantū. et quatuor distempate cōposite calida ⁊ hū
da. calida ⁊ sicca. frigida et hūda. frigida et sicca.
et nona est tempata fm vtranc̄ cōtrarietates. qre
Autc. graduauit solū sex et omisit frigidā tantum
siccā tantū et tempatā. ¶ Rñdet fm S. de inten
tione Tadel q̄ graduatio barū cōclusionū trium
quas omisit dat̄ intelligi per reliquas. nā cōple
xio tempata inter ceteras plus resistit: et frigidaz
tantum intelligit ordinari vt̄ frigidam et siccam.
et vltimo siccam tantum.

Contra banc determinationē est snia
S. octauo. terapentice.
et Rasis. 16. continentis qui graduando has cō
plexiōes posuerūt in p̄mo gradu pparatiōis cali
dā et siccā. i. scō calidā et hūidā. i. tertio calidā tā
tū. in quarto siccā tantū. in q̄nto t̄patā. ergo t̄pa
ta nō maxie resistit causis trabentibus ad febres
nec est maxime longinqua a febre. et pbat rōne.
accipiamus corpus temperatum in extremo ca
lidiori et siccori tempamenti ⁊ aliud corpus tem
peramentū in extremo frigidiori et humidiori tē
peramenti: tunc certuz est q̄ in hoc resistit magis
causis febris facientib⁹ quā illud qd̄ est in extre
mo calidiori et siccori. ergo in aliqua p̄portione
sit ergo q̄ in dupla. volo. tunc q̄ labat. hoc corp⁹
extra

Autcēna.

Calariū

extra temperamentū per frigidū et humidū. et se/ quitur q̄ inmediate post hoc erit distemperatū. Et p̄t̄ q̄ magis resistet causis febr̄e facientib⁹ q̄ temperamentū in extremo calidiori et siccori tēpa/ mēti cū nulla p̄portio subito deperdat. Et cōfir/ matur: q̄ corp⁹ frigidū et humidū et siccū frigidū t̄m̄ et frigidū et siccū magis resistūt ne trabant̄ ad effi/ meras et b̄ticas et putridas p̄pter complexiones suas b̄tis lapsib⁹ magis d̄rias. Quare vna cū Gal/ leno et Rasi tenendū est corpa tēperata in q̄nto gradu p̄paratorū ad feb. esse situāda. Si aut̄ que/ ratur de lapsib⁹ in sp̄ales febres est d̄cedū q̄ san/ guinea magis sunt parata ad sanguineas: coleri/ ca ad colericas: melancolica ad melancolicas: fle/ gmatica ad flegmaticas p̄pter similitudines si/ cut quotidiana experientia comprobatur.

De horis febr̄ium Cap. iij.

Febriū horis sunt sicut reliquarū egritudinū: principiū et augmen/ tū et status apud vltimū et decli/ natio. Et sunt quandoq̄ particu/ lares cause cuiusq̄ paroxysmi.

In hoc tertio caplo et siccū in quarto sequenti agit de horis siue tēporib⁹ fe. et in hoc tertio caplo in uestigat numerū tēporū et descriptiones ip̄sorū. et in quarto capitulo docet b̄mōi t̄pa cognoscere. Hoc aut̄ tertiuū capl̄m diuidit̄ in tres ptes. P̄tio ponit nūerū tēporū quaternariū. in sc̄da pte d̄scri/ bit vñq̄q̄ t̄ps. i. tertio pōit canones cōpletuos huius doctrine. sc̄da sibi. (Et p̄ncipiū q̄dē) tertia sibi vltra mediuū capl̄i. (Et status q̄dem diuersifi/ cat). p̄ma in duas. in p̄tia ponit duas diuisiōes tēporū. in sc̄da pte ponit duos canones. sc̄da sibi (Et timor est a p̄ncipio). De p̄tia parte dicit q̄ feb. horis sunt quatuor sicut reliquarū egritudinū s. p̄ncipiū augmentū et status apud vltimū. i. in quo acc̄nta vltimant̄ vel vltimant̄ victoria d̄tutis p̄tra materiā: aut ecōtra. quartū ē declinatio. Et subdit q̄ bec quatuor t̄pa: q̄nq̄ sunt particularia cā vñscūsusq̄ paroxysmi. Pro quo sciendū q̄ t̄pa d̄nr vltia: q̄ mensurat̄ totū morbi p̄sistentiam. Et d̄nr particularia: q̄ mēsurat̄ partē. s. p̄oxysmū vel exacerbationē. et per t̄pa quatuor debetis in telligere quatuor varietates diuersas q̄ accidunt in totius morbi cōsistentia. aut in paroxysmo: que varietates t̄pe mēsurantur. i. etiam per quatuor t̄pa possumus intelligere quatuor mēsuras illos quatuor varios motus totius morbi aut̄ peroxis/ mi mēsurates. sed h̄c sc̄s intellectus pertinet magis ad p̄b̄ficos: qui diffiniunt tēpus esse nū/ merū motus s̄m p̄rius et posterius. et pars intelle ctus est magis medicorum.

Dubiū difficile in hac parte dignum discussione paucis p̄/ stringendū est. Atrū q̄l̄ morbi b̄eat quatuor t̄pa: Pro decisione huius dubij p̄mittendū q̄ morbi apud Aut. sc̄da p̄mi ca. p̄tio et sc̄do est dispositio nō naturalis in corpe b̄iano ex qua p̄uenit i opa/ t̄ionibus nō cumentū eēntialiter p̄tio p̄uentu. i. p̄ se et imediate: et illa ē cōplexio nō naturalis: aut cōpositio nō naturalis sub qua soluta p̄t̄iuatas cōprehēdit. Notandū sc̄o q̄ t̄ps morbi dupl̄r accipit̄. p̄tio p̄p̄te sicut accipit̄ p̄bi p̄ mensura mot⁹ morbi. sc̄do accipit̄ magis p̄p̄te: apud me/ dicos p̄ motu morbi t̄pe mēsurato. An s̄m h̄c acceptionē quatuor t̄pa morbi sunt quatuor va/ rietates morbi d̄stincti t̄pe mēsurate. sed penes p̄bos quatuor t̄pa essent mēsurā q̄tuor varietatū.

Tertio notandū q̄ t̄pa sunt duplicia vltia et par/ ticularia que sunt superi⁹ descripta. T̄pa vltia d̄stingunt̄ tripl̄r aut penes morbi essentia: aut pe/ nes acc̄nta: aut penes materie alterationē. Pe/ nes morbi eēntia p̄ncipiū est t̄ps in quo apparet egritudo et et⁹ simillanē dispositiones: nec appa/ ret in ea augmentū. s. notabile. Augmentū est t̄ps in quo egritudis manifestatur signa oī hora post horā. s. manifeste intendēdo vsq̄ ad statū. Stat⁹ est t̄ps in quo egritudo manet s̄m vnam d̄s/ spōnes. i. postq̄ aucta est: ita vt nō appareat no/ tabilis mutatio intendēdo: aut remittendo. De/ clinatio est t̄ps in quo et⁹ appet̄ diminitio. et quā to plus p̄cedit minoratio est magis manifesta. q̄ d̄stinctiōnes sunt istorū tēporū etiā penes acc̄/ dentia cū cā et effectus debeāt p̄portionari: et iste sunt descriptiones tēporū vniuersaliū morbi s̄m Aut. sc̄da p̄mi. c. septio. Principiū aut̄ penes al/ terationē materie ē t̄ps in quo materia cruda est nec appet̄ in ea vestigiū digestiōis manifestū: aut digestiōis d̄riū. Augmentū est in quo apparet in materia vestigiū digestiōis manifestū aut dige/ stionē d̄riū: diminitū t̄m̄ a summa digōne vel d̄s/ spōne p̄traria digestiōis. Status aut̄ est in quo appent signa digestiōis cōpleta: aut d̄spōnis cō/ trarie digestiōis. Declinatio aut̄ est cū materia digesta notabilr̄ expellit̄ aut permutat̄. Si. n. sint signa oīo digestiōis p̄traria post statum nō sequit̄ur declinatio: cuz mors accidat in eo. T̄pa aut̄ particularia in febrib⁹ d̄stingunt̄ur penes modū se/ babēdi calor̄is. ita vt dicat̄ p̄ncipiū q̄n calor̄ pre/ focatur a materia submersa in mēbro. Augmentū quādo calor̄ p̄focat⁹ excitat⁹ et manifeste ad extre/ mitates corporis p̄cedit. Status aut̄ est cuz oēs partes corporis int̄siori gradu calefiunt. Decli/ natio aut̄ cuz calor̄ putredinalis incipit̄ remitt̄. T̄pa t̄m̄ febr̄ium ab Aut. in presentī capitulo sta/ tim describentur.

His igitur prenotatis sit hec p̄tia d̄stin/ ctio. morborū quidā sunt ma/ teriales quorū cā cōiuncta est materia: quidā im/ materiales q̄ nō imediate pendent a materia: p̄ materia aut̄ intelligo humorē humiditates sc̄das: chylū: feces: sudorē: vrinā et b̄mōi: exēplū natura/ lium sicut feb. humorales et apata: exēplū sc̄d̄i. sicut et b̄tica et effimera: et de vtr̄sq̄ est sermo in que/ stione. Ande nota q̄ materia de qua est s̄mo ap̄d medicos de scriptiue est corpus mixtū inaiatum aīa b̄iana corpe in intrinsecū manifeste sensibile sensu visus et tactus. Secūda d̄stinctio morborū quidā sunt salub̄: et quidā mortales et de vtr̄sq̄ similliter est sermo. Tertia d̄stinctio morborū natura/ liū salubriū q̄daz sunt seruātes materiam ad vñā creticā expulsionē sicut causon sinocha et simi/ les. quidā nō seruātes materiā ad vñā creticā ex/ pulsionē sicut pleuresis emp̄ima tussis et similes. Quarta d̄stinctio morbi q̄nq̄ incipiūt a mate/ ria cruda: q̄nq̄ incipiūt a materia digesta aut a materia maligna habente d̄spōnē digōni d̄rias. Exēplū p̄mi sicut si feb. incipet a flegmate aut co/ lera in qua nullū appareret signū digōnis aut d̄s/ gestionē d̄riū. Exēplū sc̄d̄i. si incipet ab aliqua materia cū manifestis signis digōnis in p̄ncipio aut p̄trarijs digōni. Est. n. possibile q̄ aliqua ma/ teria digerat̄ in uenis a corde distantib⁹. et p̄ d̄stā/ tiā feb. nō faciāt. Si aut̄ ista moueat̄ versus cor fa/ ciet feb. p̄p̄. p̄p̄ inquitatē eius ad cor. q̄ se. incipiet a materia digesta. Idē casus pōt fieri de materia malignata in locis a corde distantib⁹ q̄ postea mo/

Ipa penes morbi essentia
Augmentū
Status
Declinatio
penes materia
penes alterationē materia

phendria

Morborū d̄stinctio
Quid mā apud medicos
2.
Seruātes materiam ad creticā expulsi.

4.

Champe/ rius. Febres q̄tuor habent tempora principium. Ascensum: acumē: et declinationē. Principiū fe/ bris est cū natura non am/ plius opponit tur supata ab ea q̄ gignit ma/ teria. Ascēsus est cū dolores capiunt incre/ mētū et febris intenditur: do/ loresq̄ exulce/ cerant. Actes seu acumē cū bec oia temp⁹ custodiūt: neq̄ mat⁹: neq̄ mi/ nus. Declina/ tio seu d̄cessio cum dolores: difficultas an/ belit⁹: et si ita euenit tussis cū febr̄i in cor/ pore d̄iu agan/ tur: h̄c inten/ denda medico/ actes in egri/ pariter et mor/ bi naturam.

Temp⁹ morbi dupl̄r accipi

Tractatus

ta versus cor faciet se. incipit. cū signis digestioi
 cōtrarijs. Quinta distinctio. morbi qdā incipiūt
 post pñ^m gñationis: quidā in pñcio. nō. n. est in
 cōueniens qd aliquid incipiat esse cū febre. lz an
 te pñm instans esse sui caliditas: illa non dice
 retur febris: sed solū modo caliditas: extranea. est
 em febris passio viuentis.

His ita premisis sit hec pñma cō
 clusio. In mor
 bis pēdentibus ab vnica materia durante a pñ
 ctpso vsq; ad statum nulla facta notabilī subtra
 ctione aut additione alterius materie tpa paro
 xismi et tpa vltia coincidunt. Scda cōclusio. lz ita sit
 vt precedēs asserit cōclusio stat tñ pñcipiū pñcu
 lare includere pñ^m augmentū et statū vlties. pbat
 nā moriat qd in pñ^o pñcipiū pñm paroxismi cui
 frigiditate extremorū: tūc certū est qd iste moriē in
 statu vlti quo ad accētia: qd d necessitate pcesserūt
 pñcipiū et augmentū vltia. est. n. status cū accētia
 vltimant: sed nō possunt magis vltimari qd cum
 moriē. Tertia cōclusio. i nullis morbis nō habē
 tibus aliquā varietatē a medico sensibiles cōtin
 gūt aliqd tps esse. p3 de cecitate incipiente in. pñ^o
 gñationis et durate vsq; ad extremū vite. hec em
 cū nō bz varietatē a medico sensibile nō bz tēpus
 Quarta cōclusio. in morbis incipientib⁹ in pñ^o
 gñationis aut ad mortē terminādīs nō sunt qua
 tuor tpa assignanda: cū frequenter careant primi
 pñ^o. scōi semp declinatōe. Quinta cōclusio. in mor
 bis materialib⁹ aut immaterialibus nō recipient
 tibus notabilē varietatē: nō op3 assignare qua
 tuor tpa penes ipsius materie variā dispositionē
 p3. in opilatione. Sexta cōclusio. in oī morbo siue
 materiali siue immateriali incipiente post pñ^m
 gñationis et ad salutē terminando sunt quatuor
 tpa tā penes morbi eētā qd accētia. p3 cōclusio. cū
 oē qd incipit: deinde declinabit necesse est intrēdi
 et aliqñ in vltima sui intensiōe existere. Septima
 cōclusio. nō qd morbus materialis incipēs post
 pñ^o gñationis et ad mortē nō terminādus fm dis
 positionē materie notabiliter variabilis bz qua
 tuor tpa penes materie alterationē: p3 de incipē
 te a materia digesta nō habēte pñ^m aut a mate
 ria qd reducīt ad benignū qd nō bz declinatōe si
 cut in apate curato p repulsionē aut in sinocha:
 cū materia ad benignū reducīt. Octaua cōclu
 sio. in oī morbo materiali incipiente post pñcipiū
 gñationis et ad salutē terminando notabilr va
 riabilī in suis dispositōibus fm materie varia
 tem et incipiente a materia nō reducibilī ad beni
 gnū cruda processura vsq; ad cōplementū dige
 stionis illi materie cōuenientis sunt ad min⁹ qua
 tuor tpa fm materie dispositionē. Nec cōclusio ta
 liter limitata est de intentione auctoris. Nonā
 cōclusio. possibile est in aliquo morbo simul inchoare
 pñcipiū augmentū et statū declinationem quo ad
 materie dispositionē. Nec cōclusio manifesta est posi
 to qd aliqua febris incipiat a materia difformi: cu
 ius vna pars sit cruda: alia manifeste digesta et
 alia summe digesta. et cū hec materia summe dige
 sta incipiat expelli: et ita vsq; ad finē cōsumptio
 nis materie totius pcedat itavt ps cruda digera
 tur. et sūr manifeste digesta cōplete digerāt: et tā
 dē oēs expellant. Decima cōclusio. pole est post sta
 tū vltm seq pñ^m et augmentū. cōclusio p3 exponen
 do qd p noue materie aduentū materia digesta in
 crudē et fiat inepta expulsionī. vñ videmus p se
 pe post manifestā digōnem appentē in vltia: itez
 appere vltia crudā subtilē sine ypostasi. Correla

Conclusions 11.
 1.
 2.
 3.
 4.
 5.
 6.
 7.
 8.
 9.
 10.

De horis

rium. pñ pñcipia augmenta status et declinatō
 nis sunt i eodē morbo repibiles. Undecima cō
 clusio. qd pñcipia febris: et salubris bz. 4. tpa
 penes modū se habēdi calorīs distincta. d. febr
 lis ad differētā paroxismi nō febrilis: sicut esset
 paroxis^m colice: qd nō distinguit penes modū se
 habēdi calorīs: sed penes doloris intensiōe: et res
 liqua accētia. d. salubris ad differētā mortalis.
 in cuius quolz tpe pōt eger mori. Nec cōclusio sic
 limitata est de intensiōe auctoris. et ex his pōt ap
 parere solo omnī fere argumētōz que in hac ma
 teria fieri cōsueverunt.

Et timor ē a pñcipio vsq; ad statū: apō
 declinationē nō moriē eger ex ipsa feb.
 nisi per id qd dicemus de ea communiter.
 In pte pñti ponit duos canones pñsticos. p
 mus est qd timor est a pñ^o. vñ vsq; ad statum vltm
 inclusue. nā in quocūq; istorū pōt eger mori. scōs
 canō qd in declinatione vltia nō ptingit egrū mo
 ri merito ipsius febris: sed bene propter id quod
 tpe dicit scōo but. de causis potentib⁹ interficere
 ita in declinatione sicut in alijs tpiibus.

Notandū primo qd cū tēpora triplr
 distinguant. s. p
 nes essentia morbi accētia: et materia in b pño ca
 none intelligit qd cōtingit egrū mori in quolz isto
 rū tēporū pñcipij augmētū et status distinctoz pe
 nes alterationē materie: nō aut penes accētia:
 neq; morbi essentia. nā oīs qd moriē: moriē in statu
 accētiū sequētē essentia morbi in pñ^o. n. augmen
 to et statu penes materia pōt mori ppter mate
 rie multitudinē: aut grossitiē suffocantē: aut pro
 pter ipsius malignitatē manifestā: aut occultā p
 pter virtutis debilitatē: immo et appentibus ma
 nifestis signis digōnis: nisi materia sit difformis
 pōt mori merito pti malignioris nō recipientis
 digōnem. Gentilis tñ dicit qd vbi tota materia
 sit vniiformis vniiformitate a virtute vicibilī appen
 tibus signis digōnis nō contingit egrū mori. qd
 postq; natura fuit sufficiens ad dandū sibi dige
 stionē manifestam: cū pñ^o nō haberet: multo po
 tentior erat ad dandū cōplementū digestionis.
 Nec tñ rō Gentilis nō est multū efficac: pcpue
 apud ipsum qd t3 qd digestio et putrefactio simul
 intendant. possent em appere signa digōnis ma
 nifeste: et tñ putredinē plus intendit in materia qd
 digōnes: et sic tandē interficiet. Preterea lz vir
 tus pcedat in morbo digerēdo materia: procedit
 etiā debilitando. cū ergo sit possibile ipsam plus
 debilitari pportionabilr qd materia digerī pote
 rit accidere mori an cōplementū digōnis. Pre
 terea dato qd cōplete digesserit forte non poterit
 ipsam expellere ppter ineptitudinē vsarum. et qd
 materia erit in loco distante a vñs ductuū. quare
 tandē succūbit. Est ergo vna cū Aui. dō m qd cō
 tngit egrū mori a pñ^o. vsq; ad statū siue materia
 sit vniiformis: siue difformis: immo et appentib⁹
 signis cōplete digōnis: qd etiā quotidiana expe
 rientia pbat. Idē etiā dixit Gal. qd signa digōnis
 sunt dātā fiduciā sanitatis. dixit. n. fiduciam et
 credulitatē nō aut sciam aut salutis necessitates.

Pro declaratione scōi canonis du
 bitatur vtrū cō
 tingat egrū mori in declinatione vlti vñ morbi il
 lius cuius est declinatio. Et arguit qd sic. qd cō
 tngit egrū mori in declinatione particulari. er
 go etiā vñ. t3 pñ. cū nō videatur cā diuersitatis.
 In o^m est Aulcē. in ca. pñti: et Gal. in tertio de
 crisi

11.
 Champe
 rius. Ad tēpus
 declinationis
 vigoris perue
 nire. nullo mo
 do potest egrī
 tudo raro naq;
 moritur quis
 piā in vigoris
 declinatōe ra
 tione egritudi
 nis nisi altera
 egritudo pñ
 occupat. pre
 terea neq; nes
 cesse est. vt ad
 pubertatis tē
 pus moritur
 pueniat: vt plu
 rimū autē lan
 guentes in pñ
 cipio: aut aicē
 su moriuntur:
 ascēsus est cui
 dolores capis
 unt incremen
 tum et febris
 intenditur do
 loresq; exulce
 rant. Accēs cū
 becoia ad tē
 pus custodiū
 neq; mat⁹: neq;
 qd mīnus.
 Galenus.

pro pulchro
Primus

Februm. Fo. xi.

crisi. ca. 5. et dicit Gal. ibi hoc esse experimēto rōne. Ratio autē? hec est: qz nō ē possibile qz eger moriatur vi illius morbi: cuius materiā vincit virtus: et cui pfecte dñatur. nā si in tpiibus pō: ib? nō succubuit vbi nō erat tanta pportio virtutis ad morbū qūo poterit in declinatione succūbere in qua maiora est pportio virtutis ad morbum et causam et accidentia eius.

Pro solutione dubij dicendū: qz duplex est declinatio vniuersalis. Na et nō Na vel mēta. Na declinatio est illa in qua virt? pfecte dñatur morbo et cause ei? et accētibus. et nō mirū. est em̄ Na declinatio via in salutē. vbi aut nō sit verū dñum sup oibus bis cū fixatione virtutis et cōstantia eius est necessaria via in salutē. Declinatio aut nō Na siue mentita ē qñ sup bis tribus virt? nō pfecte dñatur cū fixio- ne et cōstantia ei?: sed solū appēter. De hac aut declinatione vli nō vera auctores cōmonefaciūt medicū ne facile ppter appēntē declinationē salu- tem pmittat. Et posuerūt sex casus false decli- nationis frequēter ptingētes. Primus. multoties cō- tingit qz calor naturalis resoluit ad cui? mīnora- tionē mīnoraē extrane? vñ mēbra qz p? erāt nota bilr calida ad tactū tā incipit tepere tepore sili calori naturali. bñc tñ tepor est transit? in frigidit- tatē extremorū et mortē caloris inati. et de h Aus. cōmonefacit. pma quartū ca. 4. quasi sine ca- pitulū ibi. Et multoties qdē accidit apud mortē dispositio q est sicut declinatio. et est sicut eger iā euaserit: s3 opz vt nō occupis i h: imo cognoscas dispositionē plius an magnificet: an finiat. Se- cūdus casus est. qñ materia ē difformis r subtile qd putruit aut forte nō putruit resoluit: r aliquo mō eūatur. s3 remanet grossus qd nondū putruit malignius subtili. qd tandē ducit ad interitum si- cut in emstriteis. Tertius casus. qñ materia per- mutatur de vno mēbro in quo facit fortiora accē- tia ad aliud mēbrū nobile in quo cū figit interfi- cit: tūc cū materia ē in via trāsitus de vno ad alte- rū videt manifesta alleuatio accētū: r estimatur declinatio cū qua tñ mors seqtur ppter fixationem materie in alio mēbro. exēpla sicut squināta mu- tatur ad periplemonā: aut ad frenesim: et sicut cū colica pmutat ad paralysim r apoplexiā. Quar- tus casus est qñ morbi materia mīnoraē. et similr morbus: s3 dñus etiā cū hoc mīnoraē: sed equalr aut forte plus: tunc est deuenire ad instās. in quo fere simul deficit virtus et egritudo. et ista apud Gal. tertio de crisi. et in lib. sectarū et apud Lōci- liatorē differētia. vij. vocat pugna cadmica: vñt em̄ Cadmus rex persarū filius Agenoris duos fi- lios teucron: et polinice: q se mutuis vulneribus interfecerūt. sic in hoc casu virt? r morbus sese in- terimūt. Quintus casus est qñ ppter multū co- natū virtutis vident accidentia remitti et virtus fortificari: sicut accidit illi q cū erigit caput in sin- copi morit: et multoties ista accidūt in febrib? apud mortē: ppter vltimos conatus nature. qz in- firmi se erigūt: recti loquūtur. et post pusillū defi- ciunt. Et de hoc te cōmonefacit affo: scde pncule Non fm rōnem alleuatis opz nō credere. i. cōsi- dere. Sextus casus est qñ ad aliquē morbū ma- teriales sequit alius morbus immaterialis: vt cū ad a postema renis declinans et rupturā ad inte- stina sequitur vlcus morbus tandē mortalis. Si- militer cū ad periplemonā declinantē ruptura se- quitur et pñsis: sed oēs iste sunt declinationes nō vere qz nō sunt cum perfecto dñio virtutis supra

in orbem cām eius et accidentia eius cū fixatione et cōstantia ipsius virtutis: ppterea nō facile salutē pmittas nisi alleuatioe perseverante. et postq cognoueris esse veram declinationem.

Ad rationem in oppositū de declina- tione vera pnculari. r ve- ra vli dē qz similitudo nō est bona. illa em̄ pncula- ris sit a calido putredinali euaporate cū qua pōt extinguit calor inatus. et etiā pōt mori merito ma- terie q est sub for? cause antecedētis cui virt? nō dñatur: sed dñetur materiel facētī paroxisimū. Et nota qz h sicut determinatū est possit mori eger in declinatione vera vli merito illius egritu- dinis: pōt tñ mori merito alterius dispositionis q illi egritudini cōplicitur. Item pōt mori ppter inordinatū regimē in aliqua sex rez nō naturalū vt forte. qz debilis surgit ad assellā et taliter sur- gens sincopizat: quapropter esto certus vbi virt? sit debilis maxie summope opz cauere oē bñdō regimē inordinatū. et hoc est qd dicit Aus. in textu q nō morit eger i se. ipsa nisi ppter illud qd dice- mus scda quartū. de cā cōster accēte tam in decli- natione q in alijs temporibus.

Et principium quidē est hora: qua ca- lor naturalis pfoctat a materia submer- sa in mēbro taz diu donec nō appareat ma- turationi: aut diuersitati eius cōtrarie ma- turationi vestigiū.

In hac pte describit quatuor tpa supra scripta. et pmo pñm. scdo augmentū. tertio status. quarto declinationes. scda ibi (et augmentū.) tertia ibi (r stat.) quarta ibi (et declinatio) pma in duas nā primo facit sicut dicitur est. in scdo ibi (et pñm quidē est inuentū) remouet qdā dubiū. de prima pte describens pncipiū dicit q est hora in qua ca- lor inatus pfoctatur a materia submersa in mem- bro durās tandu donec nō appareat maturatio- nis aut dispositionis. hie maturatiōni vestigiū se3 manifestum. nam cum incipit apparere bñdō vestigiū manifestum incipit augmentum.

Notandum pmo. qz pñm capis triplr qñqz pncipio instatiuo morbi. qñqz p pñm tribus diebus. et neutro isto rū modoz hic dēscribit pncipiū. tertio mō accipit vt est vnum de quatuor tpiibus morbi: r talr sum- ptū hic describit. Notādū scdo qz calozē pfoca- ri nō est nisi calozē cōstringit et disponi ad extin- ctionē qd sit fm plurimū ppter materias r ppte grossam r viscosas aut multā: aut ppter vapores multos grossos et viscosos. hec aut materia sub- mergitur in mēbro: qz tegit mēbrū. et forte implet ipsius porositates. ppter qd tegmentū calidum actuale et ppte spumofum indigēs p sui pserua- tione vt euēteē iā ppter materiā tegentē aut p- vapores cōstringit: qz nō pōt dilatari sicut d3 et tendit ad extinctionem sicut ignis sub multis li- gnis vridib? suffocatur: aut etiā sub scutella po- situs. Et qñqz hec pfoctatio est tanta vt nō solū mī- nuat calozem sed destruat ppterea qñqz accidit mors in pncipijs poxisimoz. Et ex his apparet q sit differentia inter calozē extinguit p via suffoca- tionis mō tā dicto: et calozē extinguit p via resolu- tionis ppij subiecti. Notandū tertio. qz calor magis pfoctat in pncipio vli et in pncipijs po- xisimoz: qz materia est magis grossa et mīn? pas- sa a calozē. Lōtra. in pncipijs poxisimoz stat? calor magis pfoctatur: qz frigus durat diutius q in pncipijs paroxisimoz pncipij. ergo hec notū

et

Principia tri- plex.

Calore pfoctari qd

Gat. pulch. 107

Declinatio duplex

1. falsē de imationis

Aulcenna.

Galenus.

Id sepe dñm

Tractatus

ficatio magis cōuenit statui q̄ p̄n°. **D**icendū: q̄ in p̄ncipijs paroxisimoz status multoties calor magis p̄focatur q̄ in p̄ncipijs paroxisimoz p̄ncipiū v̄lis: q̄ materia est plurius quātitate aut forte mouetur ad mēbra maiorē cū impetu. Sed intentio Aul. est q̄ in p̄n° magis p̄focatur a materia rōne grossitiet sue: q̄ pars passa est a calō. An reliquis ex̄tibus parib⁹ in p̄n° et statu p̄ter q̄ ex parte grossitiet materie et suozū vaporū semp magis p̄focaretur calor in p̄n. q̄ in statu. **C**ōtra in tertianis puris materia est subtilior in p̄n. q̄ in statu que digerit p̄ ingrossationē. ergo calor magis p̄focatur i statu i b̄mōi tertianis puris q̄ i p̄n°. **R**ēdetur q̄ cōparādo materiā grossam ad subtilē magis p̄focatur grossa q̄ subtilis: cū hoc tñ stat q̄ materia subtilis magis p̄focet q̄ medio: cris: q̄ magis submergit in porositatibus mēbr̄. **N**otandū quarto. q̄ in p̄ncipio pōt apparere vestigiū digōnis aut dispositionis cōtrarie digōni occultū sicut exēplificat Galenus tertio de crisi. **L**uz vr̄na aliquāter rubescit aut subtilis aliquāter ingrossatur et b̄mōi vestigia digōnis occulta nō excludunt p̄ncipia sed solū manifesta sicut cū apparet ypostasis. **N**otandū quinto s̄m Bētilē q̄ bec notificatio p̄ncipiū cōuenit tā p̄ncipio p̄ticulari q̄ v̄li. In v̄tr̄isq̄ em̄ p̄focatur calor a materia submersa in mēbro magis q̄ in alijs t̄p̄ibus. **S**imiliter etiā t̄pe quietis p̄ncipiū merito cause aīcedētis magis p̄focatur calor q̄ in quiete alto rum temporū. **C**ōtra instatur s̄m Bētilē: q̄ in p̄ncipio p̄ticulari status v̄lis apparet manifestum vestigiū digōnis cū tota materia sit manifeste digesta et p̄fecte. ergo bec notificatio q̄tū ad p̄tem illā nō p̄uenit p̄n°. p̄ticulari **R**ēdet ipse p̄rio q̄ bec descriptio cōuenit p̄ncipio p̄ticulari quantum ad p̄rimam p̄ticulari: sed quantum ad scōdam cōuenit solū p̄ncipio v̄niuersali: s̄ ēc p̄rima cōuenit p̄ncipio v̄li. **S**cōda r̄nsio. q̄ ēc in p̄n° p̄ticulari status s̄ materia sit digesta motus tamē eius est suffocatiuus caloris et conclusiu⁹: ita vt appareat in pulsu submersio et in vr̄na subtilitas. **T**ertia r̄nsio sibi placens q̄ materia faciens paroxisimū in statu nō est illa que ē digesta: sed noua materia q̄ mouet. **S**ed bec r̄nsio oīo est absurda cū possibile sit in statu esse aliam materiaz nisi q̄ digesta est. in statu em̄ materia est summe digesta. **P**rimae due r̄nsiones magis m̄b̄t placent s̄ credā intentionē Aul. fuisse b̄c describere solū t̄pa v̄lia. penes materiā. s̄ aliq̄ue p̄t̄cule conueniant temporibus particularibus et aliq̄ue t̄p̄ibus v̄niuersalibus penes accidentia.

Dubitatur p̄pter q̄sitū Bētilis v̄trū in p̄n° v̄li possint apperere signa manifesta digōnis aut dispositionis cōtrarie digōni. **E**t arguit q̄ sic. nā in p̄n. b̄ potest mori et p̄nt etiā in p̄n° appere signa mortis s̄ p̄ tunc nō moriatur. **S**ic possunt in p̄ncipio apparere signa et salutis: s̄ bec in morbis materialibus sumunt a digestioe materie aut a dispositione digestionis cōtraria. ergo questio vera p̄ parte affirmatiua. **E**t confirmatur. nam in p̄ncipio potest vr̄na apparere nigra aut viridis q̄ est certum signum mortis. si sit perseverans. similiter in p̄ncipio pōt apparere vr̄na laudabilis febre incipiente a materia summe digesta. **I**n oppositum est Aul. in diffinitione p̄ncipiū.

Pro solutione p̄mittit Gale. q̄ dispositionem esse digestionis cōtrariam potest dupliciter intelligi. vno

De horis

modo q̄ p̄ruet digestioe actu. et bec dispositio p̄prie vocatur cruditas tollens tamē digestionem q̄ dispositionem cōtrariam digestionis actu s̄ nō aptitudine. scōdo modo potest intelligi dispositio nem esse digestionis cōtrariam: q̄ p̄ruet digestionem actu et aptitudine sicut est dispositio colere cinarie aut materia berpetis estiomēti carbūculi et similia que nullo mō possunt digeri. Quo p̄missio ponit hanc cōclusionem. s̄ in p̄ncipio appareant signa cruditatis p̄ruantis digestionem actu: et nō aptitudine: licet etiā possint apparere signa occulta digestionis et dispositionis cōtrarie: nō tamē est possibile in p̄ncipio apparere signa manifesta digestionis aut dispositionis cōtrarie. p̄rima pars p̄t̄ cum morbi incipiat vt plurimum a materia cruda. Scōda pars p̄batur. q̄ de intentione Galeni tertio de crisi signa digestionis aut dispositionis cōtrarie occulta non separant p̄ncipium ab augmento: sed solū manifesta. **T**ertia pars cōclusionis est de mente Aul. in diffinitione p̄ncipiū.

Ad argumenta aut in oppositū r̄ns̄ detur q̄ licet b̄o possit mori in p̄n° quo ad alterationē materie: et licet possint apparere signa certa salutis et mortis in p̄ncipio. ista tamē non sumunt a digestionē aut putrefactione materie: sed multoties a quātitate materie intensioe morbi virtutis debilitate et similibus quibus medicus prudens iudicio rationabili iudicabit morbū esse mortalem. sicut econtra iudicabit salubrem ex dispositionib⁹ cōtrarijs. **A**d scōdum respondet ipse q̄ licet morbus incipiat cū vr̄na nigra aut viridi: est tamen a dbuc in p̄ncipio. Nam quāuis illa sint manifesta signa dispositionis cōtrarie: illa tamē dispositio nō ē acquisita in materia merito caloris putredinalis agentis in materia tēpore morbi: sed ante morbum. et bec apparitio nō excludit p̄ncipium ab augmento. **A**ugmentū autē huius morbi erit quando p̄existenti malicie per actionem caloris putredinalis tēpore morbi noua addetur malicia. **S**ed instat ipse pone q̄ morbus incipiat a materia ita maligna vt nihil possit addi supra illam maliciā. tunc respondet ipse q̄ hic morbus h̄z solum p̄ncipium quo ad maliciā in quo p̄ncipio morietur. **S**imiliter respondet de morbo incipiente a materia digesta. **S**ed cōtra pono q̄ morbus incipiat a materia summe digesta: tunc per ipsum est in p̄ncipio: et cū euacuabitur bec materia digesta erit declinatio. ergo fiet trāsitus de extremo sc̄z de p̄ncipio ad extremum sc̄z ad declinationem sine medio: qd̄ est satis absurdum. **T**ertius itaq̄ est dicere sicut dictum fuit in questione de tēporibus morbi. q̄ hic morbus incipiens a materia digesta incipit a statu et q̄ nūq̄ p̄cessit p̄ncipiū aut augmentum et post ipius statum sequitur declinatio. **S**imiliter de morbo incipiente a materia summe maligna quincipit in statu in quo morietur quē nec p̄cessit aliud tēpus nec se quietur. **A**nde apud me tenēda est bec conclusio licet inchoante morbo possint apparere signa manifesta: immo completa digestionis aut dispositionis cōtrarie digestionis: non tamen est possibile q̄ in p̄ncipio appareant nisi occulta signa digōnis aut cōtraria digestionis.

Et p̄ncipium quidem est inuentum in omni egritudine. verum quandoq̄ occulta tur sicut est eius occultatio in sinocia et epilepsia et

Cruditas

Galenus.

Champer. Principium morbi est cum natura non amplit opponit

tur supata ab ea que gignit morbum materia. Et principium accessio nis feb. ut plurimum est cor reptio omnium extremarum partium precipue nasi: quoniam totum corporis frigiditas. Est quoque exigua tussis: cula irritet se frigiditate im misces oscitatio: et pruritus vel nausea: vel vomitus lassitudo deficientia: capitis dolor: vel alterius partis. In somnum sepe de lapsus. plius preterea paruus: tarde resciendens. Ascensus est cum dolores capiunt icremetum: et febris interdiu. Accies cum bec oia tempus custodiunt Declatio seu decessio: cum dolores: difficultas anhelitus et si ita euenit tussis cum febre in corpore diu agitur. In pu bertate autem paroxis morum moruntur vi et ve bemetia egritudinis supata natura: ubi egrit potestas visus fuit. h aut modo ptingit etiam in ad tamento paroxis morum: in deficientibus autem visibus: poris morum moriunt soluta ipsis vitali firmitudine. hinc videtur vulgaribus: et imperitis: tuz melius habere cum exurgit: et veter ducit aia deficientes.

epilepsia et apoplexia: et quandoque principium est occultum paucorum accidentium: et estimatur quod non sit principium in ea. Et similiter quandoque in die primo febrium acutarum videtur nubes et signum maturitatis et estimatur quod non sit ei principium: et non est ita. **¶** Hic remouet dubium ostendens quod in omni morbo est principium huiusmodi aliquando occulte dicitur tres modos quibus potest occultari. **¶** Primus modus quoniam principium est ita breue quod non est cognoscibile sicut in sinocba augmastica que post primam apparentem inuasionem procedit fere semper augendo. in hoc enim occultatur principium status et declinatio. et sicut in sinocba peraugmastica que a prima manifesta inuasionem procedit declinando occultatur propter breuitatem principium augmentum et statum. Et in omotena que a prima manifesta inuasionem vniiformiter se habet et fere tota est status occultatur propter breuitatem principium augmentum et declinatio. Similiter dicendum est de paroxismo apoplexie et epilepsie. **¶** Secundus modus est quando morbus est paucorum accidentium. estimatur enim propter paruam lesionem quod non sit principium et proprie hoc accidit in boie forti et non delicato. huiusmodi tamen in veritate habuerit principium sensibiliter ledens operationes: quod cognitus fuisset a medico si fuisset presens. **¶** Tertius modus quoniam in die prima febrium acutarum apparent in vrina nubes: siue ypostasis et alia signa maturitatis quapropter estimatur non habere principium huiusmodi habuerit. bec autem nubes aliquando est vera: quod forte morbus incipit a materia digesta. aut quod forte propter benignitatem materie calide acqumta est. aut tertio quod bec nubes decisa est a materia non infecta que erat tpe sanitatis: sicut aliquando accidit in pestilentibus. Aliquando autem non est vera ypostasis: sed quod dam flegma liquefactum simile ypostasi inter que duo est differentia. quod illud flegma ante finem boie petit fundum. ypostasis vero non ita cito descendit. Item ypostasis attinet cuidam relucetie: sed non flegma. **¶** Et augmentum quidem est hora in qua commouetur caliditas innata ad resistendum materiei motu manifesto. et apparet signa digestionis aut signa contraria digestionis. **¶** In hac parte describit augmentum duo dicens primum quod est hora in qua commouetur caliditas innata ad resistendum materiei motu manifesto. Secundo dicitur quod in hora augmenti apparet signa digestionis aut dispositionis contrarie digestionis. **¶** Motandum circa primam partem quod per caliditatem innatam debemus intelligere totum calorem in febriliter repletum qui partim est naturalis partim preternaturalis. hic quod dem totus calor qui primo erat a materia prefocatus tam mouetur motu manifesto ad resistendum materiei ne prefocetur: et ad agendum in ipsam ad hunc finem ut digeratur: sicut ignis qui primo sub lignis viridibus suffocabatur tam spagitur et dilatatur ut ligna calefiant. sic est de calore nostro respectu materie. si ergo calor iste taliter agit in materiam ut fiat in ipsa manifesta impressio ratione cuius sint apta sequi manifesta signa digestionis vel contraria tunc est augmentum. Si autem diminute ipsam agitet ut non sint apta sequi vestigia digestionis aut dispositionis digestionis contrarie nisi occulta tunc est principium de quo sermo precessit. **¶** Motandum secundo quod hic calor ab anima directus licet intendat digestionem materie: non tamen semper materiam digerit. Si enim sit fortis et mate-

ria obediens sequitur digestio intera ab eo. Si autem sit debilis et materia multum resistens ratio ne quantitatis aut ratione qualitatis male manifeste vel occulte: tunc sequitur dispositio contraria digestionis. Nec est credendum quod ille calor semper resistat dispositioni male in materia a calore putredinali inducende: immo plerumque accelerat ipsam inductionem materie calefaciendo.

¶ Et status quidem est hora in qua vehemens est pugna inter naturam et materiam et apparet victoria vnius ambarum earum super aliam et est hora pugne.

¶ In parte presenti notificat statum: et habet duas partes. in prima describit statum. in secunda ibi. (Et est spacium) declarat tempus durationis eius. In prima parte describens statum dicit tria. Primum est quod status est hora in qua fit vehemens pugna inter naturam et materiam. Secundo quod in hac pugna apparet victoria vnius ambarum super alteram. scilicet naturam super materiam aut e contra. Tertium quod est hora pugne. **¶** Circa primam partem notandum quod vehemens pugna inter naturam et materiam accidit ex resistantia materie ad naturam sicut in ceteris transmutationibus et motibus mere naturalibus quod omnes sunt successiuus et fiunt in tempore propter resistantiam passiuam ad agens. Deducta enim resistantia transmutans ageret in non tempore. bec autem pugna est maior in statu quam in alijs temporibus licet quocumque tempore fit aliqua pugna inter naturam et materiam sed non vehemens sicut in statu.

¶ Contra in augmento multoties est maior pugna quam in statu eiusdem morbi. ut quando materia in statu est pauca. quia in temporibus precedentibus est secundum partem expulsa. tunc enim in statu paroxismi sunt remissiores et minus durantes quam in augmento. et per hunc minor pugna. **¶** Ad hoc dicitur aliqui quod status hic describitur est solum morborum in quibus coincidunt tempore penes alterationem materie et accitiam: isti sunt morbi reseruantes materiam ad vnam cretiscam expulsionem. In alijs enim non est inconueniens pugna esse maior in augmento et primo quo ad digestionem. et plerumque includat primum augmentum et statum quo ad accidentia: et status quo digestionem non includat in illis nisi declinationem quo ad accitiam: sicut in pleuresi et in oibus morbis materialibus in quibus materia in pluribus vicibus in principio et augmento est expulsa. **¶** Verum secundum hanc rationem oportet dicere hanc descriptionem non competere cuiusque status vniuersali penes materiam. **¶** Aliter ergo dicitur quod aliorum paritate supposita precipue ex prequantitate materie maior est pugna in statu quam in augmento. quod materia in statu habet omnem digestionem et putrefactionem quam recipit in augmento. et per hunc est apta magis stimulare virtutem quam in augmento. Et precipue hoc est verum apud tenentes digestionem et putrefactionem simul intendi. Et est etiam in statu maior agitatio materie non solum ex parte alterationis sed etiam motus localis cum in statu magis quam in temporibus precedentibus fiat commotio antecedens crissim per quam separatur inuatiuum a nocituum. Et tertio etiam in statu fit pugna cretisca per quam materia expellitur ad extra aut permittitur. bec enim omnia licet aliquando possint accidere in augmento: non tamen sunt de ratione augmenti. **¶** Contra sequitur quod in declinatione est tanta pugna quanta est in statu. cum habeat omnem digestionem et putrefactionem quam habet

Tractatus

debat materia in statu: et cum hoc materia locali-
ter mouetur et expellitur. Respondetur quod licet
in multis sit paritas: tamen in hoc est differentia
quod in ratione declinationis includitur quod materia
fit paucificata respectu eius quod erat in statu. non
autem hoc includitur in ratione status respectu
augmenti. Secundo instatur contra descriptionem
quia motus digestionis et dispositionis contra-
rie digestionis sunt velociores in augmento quam in
statu cuius magna pars digestionis aut putrefactio-
nis acquiritur in augmento: parua autem in statu.
In statu enim fit solum complementum digestio-
nis aut dispositionis contrarie: quare valde parum
intenditur. Ad hoc respondetur quod quantumcumque
hoc assumptum sit verum et conueniens diffini-
tioni augmenti: tamen negatur consequentia propter
tres causas dictas statim que faciunt maiorem esse
agitationem et maiores pugnas in statu quam in aug-
mento. Circa secundum dictum est notandum quod
post hanc vehementem pugnam in statu apparet
dominium aut nature supra materiam cum appa-
rent signa complete digestionis sumpta maxime
ex urina. aut apparet dominium materie supra
naturam cum apparet signa completa dispositio-
nis digestionis contrarie. Circa tertium dictum
notandum quod status est hora pugne scilicet creti-
ce. sunt enim crises maxime in statu. tunc quia vir-
tus est multum irritata. tunc quia materia est summe
digesta: et sic parata expulsionem. aut summe mali-
gna virtutem facile oppressura. In hac ergo par-
ticula vltima diffinitionis loquitur de pugna cre-
tica. sed in prima particula: cum dixit quod est vehe-
mens pugna loquitur de pugna non cretica.

Et eius spacium est in habentibus pa-
roxiosos acutos paroxiosus vnus. et non
cognoscitur nisi per illum qui sequitur ipsius
aut duo paroxiosini et cognoscitur in tertio
eius: ideo quod non addit super illos ambos
in pluribus nisi in egritudinibus macro-
noxiosis. fortasse enim assimilantur paroxiosis
mi plures in omnibus iudiciis suis. et illic
apud statum completur vestigium dige-
stionis aut contrarij eius.

In hac parte declarat quod sit spacium status
et quomodo cognoscitur. et tria dicit. Primum quod
status in morbis habentibus paroxiosos acutos
ideest in morbis valde acutis est vnus paroxiosus
aut ad plus duo paroxiosini sed in egritudinibus ma-
cronoxiosis. i. longi temporis possunt esse valde plures
paroxiosini status qui vel erunt similes in omnibus iudiciis
suis. i. in longitudine intentione et lesione opa-
tionum et similibus. Secundo dicit quod status non cogno-
scitur nisi per paroxiosum sequentem. Si enim paroxiosus
sequens sit valde remissus tunc precedentes om-
nino similes fuerunt status. Tertio dicit quod in sta-
tu completur vestigium digestionis aut dispositionis
ei contrarie. Contra secundum dictum est sententia
Gal. primo affor. ff. commento 7. et primo de crisi.
dicentis quod status cognoscitur antequam sit et quando
est presens. Preterea cum omnis dieta ordinetur
in relatione ad statum quomodo non precognito sta-
tu potest medicus egrum dietare. Respondetur
quod iudicio coniecturatio et estimatione veritati pro-
pinqua cognoscitur status antequam sit. et multo ma-
gis cum est presens. que cognitio sumitur ex natu-
ra morbi: quantitate materie: qualitate ipsius: tem-

De horis

poris: et virtutis constantia vel debilitate et ceteris
de quibus in sequenti capitulo: cum scietur certa non
cognoscatur status nisi cum preterit per paroxiosum
sequentem. Ex tertio dicto collige quod digestio et
similiter contraria dispositio intenduntur in statu.
dicit enim quod completur vestigium digestionis aut sui con-
trarij in statu. Et hoc idem sentit Gal. primo affo.
commento. 12. et primo de crisi. 13. quidem secundum verba
Zuer. 3. colliget dicentis quod cum cessat digestio
aut putrefactio tunc est status. quod dicitur quod in statu ma-
teria non digeritur: neque putrescit. sed omnis talis
transmutatio fit in augmento glossandum est quod non
ita manifeste preedit digestio aut putrefactio in
statu sicut in augmento.

Et declinatio quidem est hora qua calor
innatus iam dominatur materie et vincit
eam et existit in congregationis eius separa-
tione. i. rei post rem: et alleuiatur caliditas
caloris occulti. et expellitur ad extremitates
donec resoluitur et multoties ingrossatur.

In parte presentis describit declinationem. et di-
cit quatuor. primo quod declinatio est hora in qua ca-
lor inatus iam dominatur materie et vincit eam. secundo di-
cit quod existit in separatione congregationis eius. i.
rei post rem. i. partis post partem. tertio dicit quod per
hanc expulsionem alleuiatur caliditas occulti. i.
partium occultarum intrinsecarum et expellitur ad ex-
tremitates. i. pars materie et caliditas. Ultimo
dicit quod hec declinatio durat donec resoluitur: et
destruitur caliditas aut donec resoluitur. i. totaliter
expellitur materia siue sensibile: siue insensibile
biliter. et multoties ingrossatur. i. apparet aliquod
membrum materia ad illud membrum cretice pmuta-
tata. aut ingrossatur. i. materia quando resolutis
partibus subtilibus remanet cineritium: quod non
est amplius vehiculum caloris putredinalis. et hec
maxime accidit quando materia est difformis ita
ut habeat partem subtilem et partem grossam. si enim
esset vniformiter subtilis tota resolveretur. Circa
primum dictum est notandum. quod in statu salubri
natura dominatur materie quantum ad digestionem et
separationem nocituum a iuuatiuo: tamen in decli-
natione dominatur materie magis quam in statu: et alijs
temporibus quantum ad expulsionem materie ad extra
corpus vel saltem permutando eam a loco in quo est
ad aliquod membrum: quantumcumque enim in alijs temporibus
possit fieri materie expulsio. et permutatio: hoc ta-
men fit pro-
portionaliter in declinatione quam in alijs
quo temporibus precedentibus. Circa 2. nota quod sit ex-
pulsio materie per partem post partem. quod expellitur
nocituum et remanet iuuatiuum in crisi laudabilis
que est in declinatione ad differentiam motus simbo-
matici que potest esse in quocumque tempore alio cum quo qua-
si subito expellitur iuuatiuum et nocituum. et ideo in
declinatione vera illa expulsio fit cum bona egrito-
lerantia et conferentia: non sic in alijs temporibus. Circa
tertium nota quod in alleuiatur caliditas tam par-
tium intrinsecarum quam extrinsecarum tamen plus
proportionaliter alleuiatur caliditas partium
intrinsicarum a quibus materia expellitur cum de
ipsa forte aliquid ad partes extrinsecas expella-
tur. Ultimo nota duplicem crism accidentem in
declinatione frequentius quam in alijs temporibus
vnam euacuationis: alteram permutationis.

Pro declaratione descriptionis horum tem-
porum dubitat vtrum
be descriptiones sint temporum vniuersalium aut
particularium. Et si vniuersalium an ipsorum
distinctiorum

Declinatio seu
decessio.

Crisis maxime
in statu fit

paroxiosus
officiis

Primus

distinctorū penes altera tione materie: an ipsorū
vniuersalium, distinctorū penes morbi essentiam
et accidentia. In qua questione tenenda est bec
cōclusio q̄ intentio Aul. fuit b̄c diffinire tempo
ra vltia febrū penes alterationem materie di
stincta. et sic videbis oēm particulaz in b̄s descri
ptionibus positam cōuenire tēporibus vlib⁹ pe
nes materiā distinctis. Non aut̄ intentio sua fuit
diffinire tempora particularia cū eorum diffini
tionem ponat in sequenti caplo q̄uis aliq̄ue par
ticule in b̄s diffinitionib⁹ posite eis possint adas
ptari. nec etiā intentio sua fuit diffinire tempora
vniuersalia penes morbi essentiam et accidentia
cum has diffinitiones posuerit sc̄da prim⁹ ca.
7°. que diffinitiones ibidem posite sunt cōmunes
febribus et omnibus morbis.

Et status quidē diuersificatur in egrit
tudinibus. egritudinū em̄ valde acutarum
lōginquior status est vsq; ad quatuor dies
et febres effimere sunt de hac summa: ve
runtamen ipse non numerantur acute: qm̄
nō sufficit in acuitate egritudinis vt sit sta
tus eius proximus: immo sit de egritudini
bus habentibus timorem. Et sequuntur
eas febres acute absolute nō valde. et sunt
ille quarū status peruenit vsq; ad quatuor
decim dies: et quod est supra id.

In parte presentī Aul. ponit quatuor cano. cō
pletuos huius doctrine de temporibus morbi.
Et sic posset diuidi in quatuor partes. sc̄da ibi.
(Et cognitio quidē egritudinis). tertia ibi. (Et
plures quidem febrū). quarta ibi. (Et febres
quidem diuersificantur). Primus canō est q̄ sta
tus diuersificantur in egritudinibus quantum ad
propinquitatem et longinquitatem. Egritudinū
enim valde acutarum quas Gale. appellat acutas
in vltimo. prima particula afforismorū. status p
p̄nquior est vsq; ad quatuor dies. huius autē taz
cite terminatōnis causa est q̄ natura nequit tam
fortes motus tolerare nisi paruo tēpore. Est em̄
necessarium vt natura cito vincat aut vincatur. et
effimere quantum ad hāc propinquitatem sunt ex
hoc numero. terminantur em̄ in quatuor diebus
et proprie effimera et apostemate et nauseatiua
satiestate: nō tamen dicuntur acute cum nō sit in eis
seuitas accidentium que preter breuem termina
tionem requiritur ad hoc vt egritudo dicatur acu
ta. Similiter diceretur de tertiana pura duorum
aut trium paroxysmorū. Sunt in secūdo loco ali
que egritudines absolute acute distinguēdo eas
cōtra peracutas. et istarum quedam sunt quarum
status ē. 14. dierum. Alie autem vocatur acute tro
pice idest cōuersue quarū status est a. 14. vsq; ad
40. supplete vos. Alie sunt cronice quarum stat⁹
est supra. 40.

Et cognitio quidē egritudinū acutarū
in ordinibus suis et cronicarum est iuuati
ua in regimine cibi egrī fm̄ q̄ dicemus in
sequentibus.

Secūdo canō est q̄ cognitio egritudinū acu
tarum et cronicarum in ordinibus suis idest tem
poribus suis est iuuatiua in regimine cibi fm̄ q̄
dicetur in capitulo de regimine febricitantium.
medicus nanq; ordinat dietam in comparatione
ad statum. Si enim status est longinquus aliorū
paritate supposita ordinat dietam grossiorem.

Februm. Fo. xij.

Si vero propinquus subtiliorē: et quanto magis
accedit ad statum quantum est merito status non
sumendo. indicatōne a repletione nec ab alia re
tanto ordinat dietam subtiliorem.

Et plures quidez febrū complēt prin
cipiū augmentū et statū in paroxysmo vno.
et faciūt paroxysmum alium declinando.

Tertius canon est. q̄ plures febres cōplēt p̄n
cipium augmentum et statum in vno paroxysmo
desinde faciunt sc̄dm paroxysmum p̄tinentem des
clinationi: immo etiam quod plus est plures fe
bres tertiane quartane et quotidiane complēt
in vno paroxysmo. Et dicuntur tertiane quartane
et quotidiane merito materie a qua pendēt apte
paroxysmari huiusmodi p̄tōdis.

Et febres quidē diuersificantur in his
temporibus. de eis quidem sunt quarum
augmentū prolongatur. et de eis sunt qua
rum declinatio prolongatur.

Quartus canon est. q̄ febres diuersificantur in
tēporibus penes longitudines aut breuitatē vni
tēp̄is in cōparatione ad alia. Sunt em̄ quedam in
quibus augmentū prolongatur. et quedam in quib⁹
declinatio est longa in cōparatione ad alia tēpo
ra. Et tu dic similiter de statu et prin⁹. Nam aut
diuersitatum causa diffuse perquiratur inferius
in capitulo int̄titulato de rebus in quarū quibus
dam cōueniunt febres et in quibusdā differūt.

Cognitio horarum egritudinis vlium
quādoq; est ex sp̄e egritudinis. nā spasmus
ficus et epilepsia et apoplexia et sinachia sunt
ex acutis valde: et tertiana pura et causon d
acutis nō valde: et quartana et paralesis
de macronoxijs.

Postq̄ Aul. in p̄cedenti ca. notificauit t̄pa egrit
tudinum et p̄p̄ie febrū quantum ad eorū q̄ditates
hic docet cognoscere huiusmodi tēpora et maxie
statum vniuersalem iuxta rubricam. qz fm̄ ipsius
exigentiam est dicta vniuersalis ordinanda vt est
apud Gale. prima afforismorū. et primo de crisi.
Sed qz etiam varianda est dicta p̄ticularis fm̄ exi
gentiam temporum particularium docuit Aul.
in presentī capitulo non solum cognoscere tempo
ra vniuersalia sed etiam particularia. hz igitur
hoc caplm̄ duas partes. in prima docet cogno
scere tēpora vniuersalia. sc̄da. ibi. (Cognitio aut
horarum p̄ticularium) docet cognoscere tempo
ra particularia describendo. Prima ps diuiditur
in duas. nam in prima docet cognoscere tempora
vltia et proprie statum per signa preapparetia. in
sc̄da parte ibi. (Et quādoq; cognoscitur ex dispo
sitione euacuationum) docet cognoscere huiusmodi tē
pora p̄ signa post appentia. p̄ pars iterū diuidi
tur in plures ptes fm̄ q̄ plures sunt maneries si
gnorū p̄apparetia. ptes vero patebūt discurren
do per textū. Pro cutus notitia sciendū q̄ signa
illa dicuntur preapparentia que sc̄dm plurimum
preapparent in principio egritudinis. Sed illa
dicuntur postapparentia que secūduz plurimum
non apparent in principio egritudinis. Exem
plum primorum. sicut species egritudinis. regio
tempus complexio et c. Exemplum secūdorū. sicut
euacuatio et digestio. In p̄ia parte docet Aul.
cenna cognoscere tempora vniuersalia et pro
p̄ie statum ex specie egritudinis. Nam spasmus
ficus. s. de inanitione et epilepsia vnius paroxis

Stat⁹ seu acu
men huc. acies

Sp.

Balenus.

Tractatus

De horis

mi et apoplexia et sinantia sunt egritudines valde acute quatuor diebus terminade: quarum status est valde propinquus. Sed tertiana pura continua et causon sunt ex acutis non valde quarum terminatio est inter quartum et decimum quartum. sed quartana et paralepsis sunt ex macronijs id est valde longis quarum status est longinquus. **M**otandum circa hac partem qd licet bec noticia sumpta ex specie egritudinis valde iuuet medicum in cognoscendo longitudinem aut breuitatem egritudinis et cosequenter vtrum status sit longinquus aut propinquus vel medius. tamen bec no e certa noticia nec limitata sz species egritudinu. nam quartana ponitur inter cronicas. et tamen quandoq; quartana in tribus aut quatuor paroxismiss finitur. **S**imiliter quandoq; vidi paralepsim in septem diebus liberatam. et similiter multotiens vidi tertianam vnus porisim. **P**reterea esto qd omnes flegmatice aut plures sint cronicas. maxime tamen est differentia inter duratitones earum: et consequenter in propinquitate et longinquitate status earum. quare bec noticia no est omnino limitata nec certa sed ipsa cu alijs multum iuuat medicum in cognoscendo propinquitatem aut distantiam status. **E**x q; exempla hic posita sunt aliquid dubia ideo declaratio ne indiget. primo spasmus sic? particularis potest esse coeternus patienti: quia nec interficit nec liberari potest: vt puta spasmus digiti combusti: sed spasmus siccus vniuersalis tam fact? est egritudo peracuta occidens infra quartum. et de hoc est fm hic. **S**pasm? tamen humidus scdm plurimu est magis acutus frequenter occidens in die naturali propter nocumentum in anbelitu. **T**ertium tamen est qd spasmus siccus eque intellus cu spasm? humido citius interficiat cum eque bene impediatur anbelitum sicut humidus. et cum hoc in sicco est virtus magis debilis per essentiam. **E**pilensia quoq; quantum ad totam sui consistentiam est egritudo cronica. nec potest dici qd hic autem intelligat de paroxismo vno epilensie cum hic non declarat tempora particularia sed vniuersalia. **E**st ergo dicendum qd hic loquitur de epilensia habente vnica paroxisimum. **A**poplexia autem est egritudo acuta valde: no quia citotermineatur ad mortem aut ad salutem. sed qd aut terminatur ad mortem aut desinit apoplexia cum permutetur ad paralysim. **V**el dicatur qd intelligit hic de forti apoplexia que semper cito ad mortem terminatur in quarta vel infra: maxime squinantia anbelitum impediens que fit in musculis epiglottis maxime intrinsecis. bec enim fm plurimum occidit circa quartam: immo frequenter in prima die naturali. **S**quinantia autem que fiunt in musculis mere intrinsecis aut extrinsecis aliquando trascidunt quartam et non sunt semper ex peracutis. **T**ertiana autem pura ponitur inter acutas valde si sit continua. qd habet vtrasq; conditioes. **E**st enim seuorun accidentium: et terminat inter quartam et septimam. **S**i autem sit interpolata numeratur inter acutas absolute quantum ad terminationem no quantum ad seuitatem accidentium. **C**auson autem q pendet a colera aut flegmate falso peccante aut in venis totus aut in locis cordi propinquis coterminat inter quartum et decimum quartum. **E**t quandoq; ex motu egritudinis. nam si paroxisimi sunt breues significant qd status est propinquus: sicut tertiana pura. tem

pus em paroxisimorum eius est ex tribus horis vsq; ad quatuordecim horas. et si sint proluxi significant qd materia est grossa et status longinquus: sicut tertiana pura. et si no fuerint illic paroxisimi: imo materia ei? fuerit acuta: sicut sinochi tunc egritudo erit acuta. et si fuerint signa eius signa frigide grosse aut decliuis ad grossitudinem tunc egritudo erit no acuta. et si remanserint cu dispositione sua tunc egritudo non erit illius acuitatis.

In hac scda parte ponit scdam materiam signorum sumpta a motu egritudinis. **E**t dicit quinq;. **P**rimu qd si paroxisimi sint breues significant qd status est propinquus. et qd egritudo est breuis: sicut in tertiana pura. tps em paroxisimorum eius e ex tribus horis vsq; ad xliij. **S**i vero paroxisimi sunt proluxi significant qd materia est grossa aut multa et cosequenter qd egritudo est longa et status est longinquus: sicut tertiana no pura. paroxisimi em ipsius durant vsq; ad triginta horas et supra interdum. **T**ertiu dictum qd si in aliqua febre non fuerint paroxisimi: tunc debemus considerare materiam. **S**i em fuerit acuta et calida et subtilis: sicut materia sinochi. i. febris sanguinee: tunc egritudo erit acuta terminada a quatuor vsq; ad quatuordecim. **Q**uartu dictum qd si ad sint signa ffe et grosse materie aut declinantis ad grossitatem: tunc egritudo erit no acuta scz absolute. erit em tropica. sed fm plurimu cronica vltra. 40. terminada. **Q**uintu dictum est. qd si egritudo remanserit cum dispositione sua. qd sit continua in qua non sint signa materie acute neq; materie ffe et grosse. sed supplet vos signa materie mediocris: tunc no erit illius acuitas? cui? acuitatis est sinoch? neq; ita longa sicut continua pendens a materia frigida et grossa. **D**ubitatur circa duo prima dicta vtrum paroxisimi breues significant morbu breue: et cosequenter statu esse propinquu. **E**t similiter eotra significant paroxisimi longi. **E**t arguitur qd non. nam paroxisimi epilensie sunt valde breues et breuiores qd paroxisimi tertiane: cum tamen ipsa sit longissima. est enim frequenter coeterna patienti. **E**t cofirmatur. quia apoplexia est breuis fm plurimum ante quartu terminada: paroxisimus tamen eius longior: qd paroxisimus epilensie. **S**ecundo febris existens in principio est longior: qd ipsamet existens in statu: cu tamen in principio paroxisimi sint breues: in statu vero longiores. **F**orte dicit qd intentio autem no est comparare eandem egritudinem ad seipsam fm diuersas egritudines. **C**ontra accipiamus vnam aliam egritudinem cuius totalis materia ab ipso initio sit ita disposita sicut materia in statu alterius egritudinis. et certum est qd bec secunda erit breuioris terminationis et habebit paroxisimos longiores. **T**ertio sit a febris pendens a materia difformi cuius vna pars sit subtilis et alia grossa. et sit febris pendens a materia vniiformiter grossa sicut est materia a. sed minoris quantitatis. **E**t sequit qd paroxisimi a. dependentes a ma subtili erunt breuiores qd paroxisimi b. et tamen a. erit longior b. vt patet ex casu. **Q**uarto possibile est propter subtilitatem materie natura totam materiam simul expellere que tamen faciet vnum paroxisimum cuius tamen ipsa sit breuissima. **A**ltimo. paroxisimi continuorum sunt longiores qd paroxisimi interpolatarum. cum tamen

Quis sunt notatu digna.

paroxisimi breues prima et tertia

Sermo

Sed melius de se habebit

No rima

Spasmi

Humidus

De attonitione et morbo berculeo siue comittali.

Squinantia siue sinantia vel angina.

Tertiana.

Causon.

Ex motu.

est tamen continue febres sint breuiores interpo-
latis ut est apud Gale. tertio de crisi. capto tertio
ergo longitudo paroxysmorum no significat egrit-
tudinis longitudines. igitur etc. In oppositu est
Alicu in parte presenti.

Pro solutione

qñtis pmissendum q
varietas porisimorū r
egritudinū q fiunt in būano corpore puenit ex tri-
bus causis. primo ex varia dispositione mēbrorū
mittentiū et recipientiū. scdo ex varia dispositio-
ne materie. tertio ex his que vtriscq; causis iaz dis-
ctis superueniūt. ex pte qdem mēbrorū mittentiū
fit magna variatio in paroxisimis et egritudinib-
us h; potentia eorū vel debilitatē. Nā si mēbrorū
est potens in expellendo expellit multā quātitatē
materie in vna vice aut aliqd corpis mēbrū aut
ad extra corp? sicut cōtingit in stomacho foris qui
vnica vice multū euomit et debilis parū. Similit-
er cerebrū apoplecticū forte expellit materiā mul-
tam ad neruos ut se deoneret. debile autē nō sic. r
sicut epar aut mēbra foris intrinseca expellerēt vna
vice multā materiā ad extra venas facturā paro-
xisimos longos. et si debilis sit nō tantā poterit ex-
pellere. Et similiter si mēbrū recipientis fuerit forte
nō tñm recipiet: debile autē recipiet plus. Sicut est
diuersitas ex parte mēbrorū postq; materiā rece-
perunt. foris est facillime materiā expellūt sensi-
biliter aut insensibiliter. similiter habentia vias la-
tas facillius expellūt q; habentia ipsas angustas.
vñ in boibus latozū poroz; citius paroxisimū ter-
minant q; in būnicibus poros strictos. tertio cōtin-
git bmo diuersitas ppter fortiozē conatū virtu-
tis ad expellendū materiā receptā qui conat? pōt
puentre ex duobus: aut ex nimia sensibilitate. p-
pterea in colericis et corporib? siccis tñm porisimū
citius terminant. natura em̄ ppter sensibilitates
magis irritata est ad materie expulsionē. scdo p-
uenit hic conatus ex parte nobilissimis lese a ctio-
nis. et ppter hāc eam cerebrū apoplecticū cito ex-
pellit materiā apoplectice ad neruos nō sufferens
tantā lesionē. scdo pncipalr puenit bec diuersi-
tas paroxisimorū et egritudinū in sua duratione
ex parte dispositio nis materie. q; si multa sit aut
grossa aut viscosa aut per aliquā qualitātē man-
festā vel occultā virtuti inimica opprimens ipam
est cā longitudinis porisimorū et egritudinum. Si
vero habeat p:tas dispositioes est cā breuitatis
et p:rie si sit digesta. tertia cā pncipalis bu? di-
uersitatis ex pte rerū extrinsecarū respectu istarū
duarū causarū que sunt magis pncipales est bec.
Certū em̄ est q; cōplexio calida regio calida tps
calidū et silia abbreviant egritudines et paroxis-
mos et contraria plogant.

his ita pmissis sit bec cōclusio n̄ sua ad q
fitū de intentione Aui. in parte pñ-
ti. q; oī paritate supposita preterq; ex parte mate-
rie multe grosse viscosae aut modis p:trarijs cōdi-
tionate breuitas porisimorū h; plurimū signifi-
cat breuitatē egritudinis. et ecōtra longitudo po-
risimorū significat longitudinē egritudinis. pbat
nā si paroxisimi sunt breues significāt q; materia
est pauca aut subtilis et ecōtra. si longi significāt
q; sit grossa aut viscosa aut multa. r silroz esse dis-
posita q; ē sub forma cause antecedentis sic materia
porisimalis. q; porisimū breues significāt breuitatē
egritudinis et longi longitudinē h; plurimum.

Ad rationes

in oppositu. Ad pmas de
epilepsia dr. q; nō est inten-
tio Aui. cōparare epilepsia ad feb. sed intentio sua

in his signis est cōparare adinuicē egritudines
etisdē sp̄i. An pñr dico q; epilepsia habens po-
risimos breues est breuior: q; hñs porisimos lōgos
Et ad cōfirmationē de apoplexia q; est breuis:
et tñ h; paroxisimū longū in cōparatione ad epi-
lepsiā dr: q; nō seruat paritas in situ materie. Est
em̄ materia in apoplexia cōtenta h; plurimū et
in scdo. et vltimo ventriculo cerebri. sed materia
epilepsie magis in anteriori ventriculo quare ma-
teria apoplectice permutat ad nucliam. nā q; mul-
ta et grossa non pōt facillr resolut aut alio mō ad
extra expelli: sicut materia epilepsie q; est paucior
et subtilior. Ad scdm dr: q; nō seruat paritas. in
statu em̄ est materia magis digesta q; in pncipio
quap: opter paroxisimi fiunt longiores cū sit ma-
gis parata ut expellatur de venis ad extra venas.
Ad tertiam de materia difformi dicit illud cō-
cludere propterea in cōclusionē dictū fuit h; plu-
rimū. et similiter respondet. Ad quartū. neq; de
hoc miretur aliquis. vñ em̄ signū non sufficit ad
significandū longitudinē aut breuitatē egritudi-
nis: sed oia tredecim de quib? agitur in presentē
ca. sunt adinuicē cōparada ut defect? in vno sup-
pleat defectū alteri. Ad vltimā dr. q; cū cōpanē
quartana cōtinua et tertiana interpolata nō ser-
uatur paritas ex parte sit? materie cū in cōtinuis
cā cōiuncta paroxisimi sit ad intra venas: sed in in-
terpolatis extra venas. Sed si cōparent tertiane
cōtinue adinuicē aut due interpolate adinuicem
ille quarū porisimū erūt breuiores abbreviabūtur
et quarū longiores elongabūtur. Vltimo solet
q;ri an continua sit breuior: interpolata. Ad qd
dr. q; cōtinua ad totā interpolatam cōparata est
breuior ut vult Ga. q;ta pncipula affoz. affoz. illo.
tertiana pura in septem periodis iudicat lōgis-
sima. Sed si cōparet ad totū tps afflictionis in in-
terpolatis certum est q; illud est maius. s. tempus
afflictionis. continue q; interpolate aliorum pa-
ritate supposita.

Et quādoq; est ex nute cui velociter ac-
cidit debilitas. q;re est egritudo acuta aut
non appet illud r est egritudo non acuta.
In hac tertia parte docet cognoscere morbi
longitudinem ex virtute. nam si virtuti aduenit de-
bilitas significatur q; egritudo est acuta idest bre-
uis terminationis. Si autem ei nō accidat debi-
litas. scilicet notabilis: tunc egritudo est nō acu-
ta idest nō breuis terminationis. Notandum
primo q; virtutem debilem arguimus ex opatio-
nibus cum ipsa nō est bene potens ad illas per-
ficiendas: r secūdo ex pauca resistentia causis al-
terantibus. Notandum secūdo de intentionē
Alicen. scda primū virtutem ex tribus debilitari:
aut propter nocumentum in membro: sicut cum
est lesa sua complexio compositio aut vnitas. se-
cūdo propter nocumentum in spiritibus: sicut cū
sunt pauci aut aliqua mala qualitate infecti ma-
nifesta vel occulta sicut est venenositas. tertio de-
bilitatur propter defectum in ipsa virtute idest in
ipsa anima cum est distracta per multiplicēs r for-
tes operationes. sic em̄ preter modum vacans
operatiōibus animalibus debilitatur scdm ope-
rationes naturales etiam absq; hoc q; spiritus
membrorum naturalium resoluantur aut conuer-
tantur ad membra animalia: immo solum quia
anima non applicatur ad illas operationes per-
agēdas. Sic em̄ intenti fortibus imaginatio-
nibus delata sub oculis nō videmus. scdo de aia

Quaestio

Champer?
Quidam enim morbi breues sunt: q; cito vel tollunt hominē vel ipsi cito finiunt. Quis-
dam longi sub quibus neq; sanitas in propinquo neq; exitium est. Tertium genus eorum est: qui modo acuti: modo longi sunt. Atq; etiā preter hos quartum est: qd neq; acutus dici potest q; nō perimit neq; vtriq; longus: q; si occurritur facile sanatur. Acutus quidē morbus quo vetustior est: longus autem quo recentior: eo facillr curatur.

varietas paroxys-
morum

imr est q; ten-
sio sp̄ ad p-
lesimū

No.

Tractatus

De morbis

Ad propositum cum dicitur hic Aui. quod debilitas virtutis significat morbum breuem intelligit de qua cum debilitate: sed potissime de prima et secunda. **S**e-
ctilis et Adarsillus reddentes rationem huius passus dicit quod in morbo mortali virtutis debilitas est signum breuitatis: et virtutis fortitudo signum longitudinis morbi. quod in morbo mortali necesse est virtutem debilem citius succubere quam virtutem fortem. sed in morbo salubri est contrarium. nam virtus debilis significat longitudinem morbi salubris et virtus fortis significat breuitatem cum maiores proportionem habeat virtus fortis supra morbum quam debilis. quare citius ad salutem virtus fortis terminabit morbum salubrem quam virtus debilis. et hanc dicit esse intentionem. **S**a. vltio ca. scilicet de differentiis febris cum dicitur quod virtus debilis significat longitudinem egritudinis. scilicet salubris. et hanc auctores istos appenter aduersantes concordant.

Ago senensis.

Sed hanc dicta sua sunt haec: ut dicit Ago senensis: tamen non sunt ad mentem Aui. in parte primi. hinc est ut patet in textu. loquitur de debilitate adueniente merito morbi. sed hec debilitas adueniens merito morbi absolute significat breuitatem morbi siue sit salubris siue sit mortalis. Nam si morbus sit salubris et adueniat velociter debilitas ex morbo oportet proportionabiliter debilitari quam virtutem. et sic de necessitate ad salutem terminabitur quousque in hoc casu virtute existente forti citius ad salutem terminaretur. si vero morbus sit mortalis res clara est: cum maiorem proportionem habeat morbus supra virtutem debilem quam supra fortem. ergo generaliter debilitas virtutis accens ex morbo est signum breuitatis morbi. Sed si virtus in morbo remaneat fortis et morbus sit mortalis de necessitate prolongabitur. quod morbus ille mortalis habeat proportionem maioris inaequalitatis supra virtutem: illa tamen parua est quod virtus non debilitatur. Si autem morbus sit salubris velocius aut citius ad salutem terminabitur secundum variam proportionem virtutis ad morbum.

Signa longitudo
dinis morbi.
acate. spore
complexione.
regione.

Et quoniam est ex etate et tempore. nam in etate calida et tempore calido festinat status egritudinum. et in temporibus frigidis et etatibus frigidis tardatur status egritudinum. et similiter est dispositio regionum.

In hac. 4. parte Aui. ponit quartam quantam et sextam manentem signorum longitudinis aut breuitatis in morbo dicens quod hoc cognoscitur ex etate et tempore anni. Nam in tempore calido et etate calida festinat status egritudinum: et sic egritudo abbreviabitur. sed in temporibus et etatibus frigidis sicut sensum et hyems tardatur status. et sic egritudo prolongatur. Et idem iudicium est de regione calida et frigida. Tu vero potes addere complexione calidam et frigidam quod sicut significat sicut in dicta causa est. quod in etate: tempore regione ac complexione frigidis multiplicentur humores grossi frigidi et viscosi qui faciunt egritudinem longam. Item porri et alij ducunt contrahunt et virtus debilitatur. scilicet expulsiva. sed in his calidis multiplicentur humores calidi subtiles: porri et ductus aperiantur: virtus expulsiva fortificatur: et irritatur: et cum hoc continua sit humorum resolutio quare egritudines abbreviantur.

Coplexio
Causa

Contra virtus est fortior tempore frido quam tempore calido iuxta afforismum prime particule. vides tres vere et hyeme. ergo morbi salubres erunt longiores tempore calido quam tempore frigido. Ad hoc dicitur quod responderet si cetera essent paria. sed est magna disparitas. Nam tempus calidum aperit poros: provocat sudores subtiliat: resoluit: paucificat. quare morbi salubres citius ad salutem terminant. hec enim plus promouet

Temporis ratio

quam fortitudo virtutis in hyeme. etiam morbi mortales citius ad mortem terminant tempore calido quam frigido. quod ad sunt humores calidi fortius imprimetes. et cum hoc sit spiritum maior resolutio et virtutis debilitas quam tempore frigido. et hec haec sunt secundum plurimum. nam in morbis calidis immaterialibus sicut est effimera seculi esset quod caliditas sua a frigiditate temporis citius remouetur. Sicut si morbi essent mortales: quod virtutem suffocantes propter materiam multam malam grossam et viscosam citius accideret mors tempore frigido quam calido.

Spore
regione

Et ex pulsu. nam si est velox: magnus: frequens tunc egritudo est ad acuitatem declinans. et si non: tunc non est acuta.

In hac parte 5. docet ex pulsu significare longitudinem aut breuitatem morbi dicens. quod si pulsus est magnus velox et frequens: tunc egritudo est ad acuitatem declinans. et si non: tunc egritudo non est acuta. breuis terminatio. causa dicitur est. quod pulsus magnus velox et frequens significat necessitatem euentuationis. hec autem ceteris paribus significant materiam esse calidam et propter merito huius egritudinem ab ea pendentem esse citius terminandam quam quod pulsus non est tante magnitudinis velocitatis aut frequentie. cum illa significent febre pendere ab humore frigido. Si tamen contingeret in febre pulsus esse paruus tardus et rarus: tunc significat secundum plurimum propinquitatem mortis. hoc enim aliquando accidit in fine febris acutarum cum propter extremam calidam resolutionem cor infrigidat. et multoties accidit in sincopali tamen minuta quam humorosa que frequenter ad mortem terminantur. Si vero pulsus esset paruus valde velox et frequens significat magnam virtutis oppressionem aut propter multitudinem materiei: aut eius malicia. et tunc si morbus sit mortalis citius secundum plurimum ad mortem terminabitur. quam si pulsus esset magnus velox et frequens non significans tantam virtutis oppressionem. Si vero morbus sit salubris credo quod citius ad salutem terminabitur habens pulsus magnus velocem et frequentem: cum significet maiorem proportionem supra morbum.

Champer
Pulsus is
catur mor
taliter
potentia
cusus cor
principium
ingentiam
sibi vitem
caliditate
omni corp
poris partic
le per arterias
distribuit sicut
secur per venas
alimētum. pro
inde estuante
corde confestim
totum corpus
contra naturam
exestuat et frige
gente friget.

Et ex rigore. nam si est prolixus spacij tunc egritudo est declinans ad prolixitatem. Et si est breuis spacij tunc egritudo ad acuitatem tendit. et quando nullo modo est rigor tunc abbreviabitur eius extensio.

In hac sexta parte docet cognoscere longitudinem aut breuitatem morbi ex rigore dicens tria primum quod si rigor fuerit. prolixus egritudo est longa. secundo si vero breuis cito terminatur. tertio dicitur quando nullus est rigor sicut in febris: continuis abbreviatur eius scilicet febris extensio. quia cito terminatur. Causa autem predicta est quod rigor prolixus significat multitudinem. aut grossitatem materiei non facile virtus dominatur. breuitas autem eius significat dispositioes contrarias in materia et virtutem facilius dominantem. Causa autem tertij quando nullus est rigor significat febre esse continuam. quod proprius est continuarum non horere. primo de differentiis febris. febres autem continue sunt breuiores inter polatis. Causa autem quare continue non horerent est quod non spargitur extra venas materia supra membra sensibilia. Contra duo prima dicta instatur. quia tertiana non pura et flegmatica habet minorem rigorem quam tertiana pura. Respondeatur quod rigor dupliciter accipitur. vno modo prope

Causa huius
fieri

animum
horret.

Rigor hinc
ad primu

pprie pro motu mēbrozū cōcessio et taliter non
sumit hic. 2. cōiter vt cōuertit cū typo. 7 sic est qd
cōmune ad frigus rigorē et horripilationē. 7 hoc
mō acceptus est lōgior in flegmatica et tertiana
pura q̄ impura. **Q**uōtra tertiu dicitū arguit. qz in
febris cōtinuis accidit aliqñ rigor 7 significat
eorū velocē terminationē ad salutē vel ad mortē
iuxta affoz. A causone bīto rigor superuentēs sol
uit si p̄cesserunt signa manifesta cōpleta digōnis
S i vero nō significat mortē festinā natura tentā
te crīsim. et nō potente p̄figere. Itē iuxta affozis
mum. Si in febris nō deficiētib' rigores inter
ciderūt tam debili exīte v̄tute mortale. significat
em̄ vltimus nature conatus ad materiā expellen
dā q̄ nō potens expellere succūbit. **A**d hoc dicit qz b
est sermo de typo accīte in p̄ncipio exacerbatio
nū et paroxismozū. nō aut in medio natura tentā
te crīsim. **U**trū aut in p̄ncipio exacerbationū febrū
cōtinuarū possit accidere typ'. tenēdū ēp sic sicut
in p̄ncipio flegmatice p̄tinue. dicit Aui. exacerbatiōes
ip̄sius incipere cū frigore rigore et horripilatiōe
sed illi typi nō pueniunt merito sparsōis mate
rie supra mēbra sensibilia: sed ppter multitudine
materie mote ad venas mīno: es calidū naturale
suffocantes. **U**trū aut sit possibile febres inter
polatas in p̄ncipio suorū paroxismozū incipere sine typo.
Dicit Ago senensis: et sicut Bentilis h nō esse po
ssibile cū materia spargat supra mēbra sensibilia
rōnes aut et experientie efficaces sunt in p̄ncipio. **N**ā
possibile est materiā vententē ad mēbra esse tali
ter dispositā: sicut est disposita materia in augmē
to alicui' paroxismi post rigorē. sed illa nō facit ri
gorē. ergo nec est ista t̄ p̄ncipio. et assumptū p̄bat. qz
possibile est materiā aliquā benignā tarde moue
ri ad mēbra sensibilia. et sicut mouetur ita cale
fieri: et acq̄rere silem dispositionē materie q̄ est in
augmēto alicuius paroxismi post rigorē: et tunc nul
lo mō facit rigorē. **S**ecōdo quotidie videm' in pa
roxismitē. polatarū subintrantib' icēpe. 2. m̄ po
roxisimū in statu p̄cedētis. et nullo mō seq̄ rigorē.

Et cognoscunt hore egritudinis qñqz
ex pte horarū paroxismozū. nā si fuerint p
cedentes fm̄ accessionē iuperfluentē: itayt
vn' antecedit supfluitatē alterius tendēs
ad additionē: tunc egritudo erit in augmē
to: qm̄ de egritudib' sunt q̄ currūt vsqz ad
finē horarū suarū fm̄ augmētū. 7 sunt quā
doqz de genere tertiane: et de genere assī
due. si aut steterit antecessio et steterint su
perfluitates: tunc sine dubio erit egritudo
in statu. **E**t seruans horam vnā est longi
spacij et si postponuntur tunc egritudo est
in declinatione.

In hac septima parte docet cognoscere tpa fe
brū ex mō paroxismandi. **E**t dicit quatuor. p̄m qz
cognoscunt hore. s. v̄les ex parte horarū paroxis
mū. i. ex parte paroxismozū cū inuadūt. nā si paro
xismi fuerint p̄cedentes fm̄ antecessionem super
fluentes vt. antecessio vnus excedat antecessiones
alterius tunc egritudo est in augmēto et remouēs
dubiu dicit: p̄ ideo dicit ad significandū augmen
tū esse necessariū. aliqñ qz anticipatio vnus paro
xismi excedat anticipationem alterius. qz sunt ali
que egritudines que semper procedūt anticipan
do a p̄ncipio vsqz ad finē. **E**t d̄ istis sunt qdā tertiane:
qdā continue. **I**n istis enim per solas anticipas

tionem nō cognosceretur augmentū: sed requirit
tur ad cognoscendū ipsum qz anticipatio vn' pa
roxismi augmenti addat super anticipationē alte
rius. **Q**uō dicit scōdo qz si steterit antecessio. i. qz paro
xismi inuadant eadem hora 7 steterint supfluita
tes. i. excessus vnus paroxismi supra reliquū tūc
egritudo est in statu. **T**ertio dicit qz illa febris
in qua paroxismi inuadunt eadem hora a p̄ncipio
vsqz ad finem est longi spacij et est snia illius
affozismi. quibus exacerbationes aut paroxismi.
Quarto dicit qz qñ postponunt paroxismi tunc
egritudo est in declinatione.

Notandum primo pro declaratiōe bu
ius p̄ncipio qz alique sunt fe
bres in quibus a p̄ncipio vsqz ad finem paroxis
mi inuadunt eadē hora: alique sunt febres in qu
bus paroxismi in aliqua parte sui inuadūt eadez
hora. et hoc est cōiter in p̄ncipio et statu. in ali
qua pte postponūt et ē fm̄ plurimū declinatio. in
aliq̄ anticipāt: et est fm̄ plurimū augmētū. **T**er
tio sunt alique febres in quibus paroxismi antici
pant a p̄ncipio vsqz ad finē. **Q**uarto alique in q
bus postponūt a p̄ncipio vsqz ad finem. **N**o
tandū scōdo qz cā harum varietatū sumitur a qua
tuor: a materia. a mēbris. ab astrozū. in fluxibus
quarto a regimine in sex rebus nō naturalibus.
A materia qdem. nā cū est vniformis quantum est
merito illius est aptayt paroxismi equaliter inua
dāt. maxime aut hoc fit qñ est vniformiter grossa
et viscosa q̄ nō pōt facilliter ab ordine suo remo
ueri. Itē merito quantitatis. nā quāto est pluris
quātitas est magis apta vt paroxismi anticipēt
ecōtra qñ est paucē quātitas est apta vt paroxis
mi postponāt. Itē ex parte digōnis. nā quanto
velocius digerit aut velocius putret est causa an
ticipationis. q̄to aut est magis cruda est cā post
positionis cū semp̄ primus paroxisimus incipiat
a subtiliori: et scōs a minus subtili: sic deinceps.
Ex parte aut mēbrozū mittentius. nā quādo sunt
fortia aut magis fortificatur: aut absolute aut in
cōparatiōe ad materiā merito butus paroxis
mi anticipāt. quādo aut magis debilitant magis
postponunt. **S**imiliter ex parte acuitatis sensus
eorū. **N**ā q̄to sensus eozū est acutior et intendat
eius acuitas forte ppter būdi resolutionē q̄ sen
sum faciebat obtusum tunc paroxismi anticipāt
qz irritat virtus semp̄ magis ad expellēdum ma
teriā. **E**x parte aut mēbrozū recipientiū fortitu
do eozū est cā postpositionis paroxismi et debilita
tas anticipatiōis. **S**z ex pte astrozū et p̄prie lune
nobis inter ceteros planetas p̄p̄nque et hntis
dñuz sup būditatē nri corpis qñ mouet veloci
sicut in auge sui epicieli paroxismi anticipāt. sed
qñ tardus sicut in opposito augis paroxismi post
ponūt. **E**x pte aut regiminis. nā regimen in sex re
bus nō naturalibus calefaciēs faciet paroxismos
anticipare. et ecōtra infrigidās faciet paroxismos
postponi. **A**d p̄positū cā qz paroxismi inuadāt
eadē hora est viscositas materie: et grossities et
vniformis cū pua p̄portione virtutis ad ipam. **E**t
sic ista eq̄lis inuasio significādo materiā grossam
et viscosam significat morbi longitudinem. **S**i
autem queratur quis morbus sit longior: an inua
dens eadem hora: aut nullum seruans ordinem
in inuasionē. **R**espondetur qz si hec inordinati
ōe proueniat ex debilitate virtutis secundum plu
rimū breuior erit. quia citius ad mortem termi
nabitur. **S**i autem hec inordinatio proueniat ex
multa disformitate materie 7 sit salubris sic ceter

Cause varietatū
quatuor.

A ma

A mēbris.

Ab astrozū.

A regimine sex.

Tractatus

his paribus erit longior cū sit difficilior virtuti
dñari materie tante diuersitatis q̄ materie vni/
formiter grosse. et eo magis quia medici male
possunt exhibere digestiua quia si digerunt ma/
teriam subtilem ingrossando nocebunt mate/
rie grosse. Si vero digerūt materiam grossam sub/
tiliando nocebūt subtili. Causa autē secūdi quare
in aliquibus febribus fm̄ principium et statum
proximi inuadāt eadē hora est. q̄ in principio ma/
teria ē cruda. nec p̄cedit manifesta alteratio ipsi/
a calore naturali nec a calore putredinali: et sic est
fere equalis pugna inter virtutes et materiam. et
hinc est q̄ materia paroximat equaliter vel quasi
In statu etiā nō velocitatur digestio nec putrefa/
ctio cū sit fere cōplementum digestionis aut pu/
trefactionis in ipso. quare natura paroximando
equaliter mouet cōtra ipsam. Sed in augmento
q̄ velocitatur digestio et sicut putrefactio est apta
materia cōtinue et velocius moueri. et sic paroxi/
mi anticipabūt. ¶ Itē q̄ maior quantitas cōtinue
mouetur vsq̄ ad statū: sed maior quantitas est cau/
sa anticipationis. In declinatione autē fit postpo/
sicio. q̄ paucificata est materia. et virtus nō mul/
ta a materia irritatur. Causa autē q̄ proximi in
aliqua egritudine semp̄ anticipat est. q̄ materia
aut cōtinue subtiliatur. aut q̄ membrorum sensus
cōtinue fit acutior. Causa autē quare postponūt
semper est difformitas materie. vnde prim⁹ paro/
xismus incipit a materia magis subtili. secundus
a minus subtili. et sic deinceps. quare postponūt.
cū materia grossa tardius moueat. ¶ Scōda causa
pōt eē obtusio sensus membrorum que crescat a p̄nci/
pio vsq̄ ad finem. ¶ Reliqua etiā due cause sum/
pte a regimine sex rerū nō naturalium et ab astris
potissime possunt esse cause tantarū varietatum.
ergo verificando primū dictū Aui. in his morbis
quorum paroxismi semp̄ anticipat pura anticipa/
tio nō est signū augmenti: sed anticipatio supflua.
nā in principio et statu h̄ sint anticipationes: nō
tñ sunt superfluentes. In declinatione autem h̄
fiant anticipationes ille cōtinue remittuntur. Si/
militer in morbis quorum paroxismi semp̄ postpo/
nunt postpositio sola nō signū declinationis: sed
postpositio superflua. In principio et statu erit so/
la postpositio absq̄ superfluitate. In augmento
autē h̄ fiat postpositio ille erūt cōtinue minores
Et similiter cognoscitur dispositio horarū
ex augmento accidentium febrium et statione
eorum et declinatione ipsorum.

¶ In hac octaua parte ex accidentibus et morbi
essentia docet cognoscere tempora vniuersalia. nā
cū accidentia incipiūt nec apparent in ipsa mani/
feste intendi est principium vniuersale. cū autē mani/
feste augmentado p̄cedūt est augmentum: cū autē
stāt in sui vltimitate vel circa tūc est status. cū autē
manifeste declinant est declinatio. ¶ Nota p̄mo
q̄ si distinguamus tempora morbi penes accidentia
res clara est. si autē simul penes accētia et materie
alterationē vt sit principium qñ est materia cruda et
accidentia incipiūt. augmentum qñ p̄cedit manife/
sta digestio vel putrefactio manifesta et accētia
augmentant. Status qñ accētia vltimantur et
materia sicut h̄ cōpletā digestionē aut putredinē:
tūc dicta Aui. clara sunt. Sed si distinguant tpa
penes alterationē materie: tunc dicta sua nō sunt
vl̄ vera. in morbis em̄ non seruantibus materiaz
vsq̄ ad statū: sicut in pleuresi: et multis alijs febrili/
bus in quibus materia expellit p̄ magna parte in

De horis

principio et in augmento et in statu quo ad digō/
nem remanet pauca. principium quo ad digōnē ali/
qñ includit principium augmentum et statum quo ad accē/
tia et status quo ad digestionē includit declinatio/
nē accidentium vt in pleuresi et multis febribus. h̄
in morbis seruantibus materia totā aut quasi
totā vsq̄ ad statū dicta sua continent veritatem.
¶ Notandum scōdo q̄ ista accidentia de quibus hic lo/
quitur sunt sicut dolores capitis sitis vigilie &c.
¶ Notandum tertio q̄ cū d̄ q̄ in statu accidentia vlti/
mant d̄ intelligi cōparado partes p̄portiona/
les paroximorum inter se. Nulli em̄ est dubium q̄ in
declinatione proximi stat⁹ sunt accētia remissiora
q̄ in statu proximi augmenti aut declinationis.
¶ Et ex additione paroximorum eius in
longitudine et breuitate ipsorum et fortasse di/
uersificatur et nō assimilantur.

¶ In hac parte docet cognoscere tpa ex pte cōn/
tie morbi. Nā cū proximi sunt breues et parū in/
tensi est principium. cū manifeste intenduntur et plon/
gatur est augmentum. Cū autē fere stāt in vltima sui
intentione et longitudine est status. cū nō minuitur
est declinatio. ¶ Subdit tñ Aui. q̄ aliqui proximi
In hac tertia pte ponit modū p̄uēt⁹ feb. ex opilatione. et p̄mo i ḡnali. sc̄do i sp̄ali ibi. (Et dū p̄seuerat) In p̄ia dicit q̄ feb. effimera accidit q̄n̄ minorat̄ solo. i. eūo ciborū manifestat̄: vel occulta. et multiplicat̄ repletio et coartatio. i. repletio coartans et p̄uat̄ respiratio ita vt vapores nō possint trāspirare: tūc aggregat̄ vapor plurimus facit̄ euenire caliditatem superflua.

Et dum perseuerauerit eius inflammatio in debilioxi ex corporibus q̄d est spirit⁹ erit febris effimera. Cum ergo inflamat̄ in sanguine est species famosa sinochē quas dicemus. et est illa que est de summa febrū hūorū: et nō est p̄pter putredinē: imo est p̄pter inflamationē et ebullitionē. Q̄d si pertranseat illud ad putredinē quā facit opilatio et priuatio respirationis permutatur ad febres putredinis.

Quidit̄ in sp̄ali modū p̄uēt⁹ feb. dicit̄ q̄ si inflatio p̄seueret in debilioxi ex corpib⁹ q̄d est sp̄s q̄ ē magis tenuis substantie erit feb. effi. Cū aut̄ inflamat̄ in sanguine. est sp̄s famosa feb. que dicitur sinochē: que est de summa feb. sine putredine s. per solam inflamationē et ebullitionē. Si vero p̄tinuata opilatione et priuatiōe respirationis accidat putredo: tūc p̄mutatur ad feb. putredinis.

Et huius quidē opilatio aut fit a multitudine humorū et sanguinis: aut ex grossitudine eorum: aut ex viscositate eorū: aut propter casum rei de causis opilationis in instrumēto: nō in cursu: immo sicut frigus constringēs: aut ap̄a coartans: aut nascentia rei: aut aliud de illis: quarum te oportet rememorari.

In hac quarta parte innuit tres sp̄s opilationis. prima est coartatio: in qua cā opilas est in via: et est multitudo humorū grossities aut viscositas. sc̄da sp̄s dicit̄ attenuatio: et cā opilas in instr̄o: nō in cursu: sicut frigus p̄stringēs: aut aliq̄d ap̄a coartans meatū. tertia opilatio d̄r carnosa: cuius cā d̄r nascētia carnis de illis q̄ dicta sunt. sc̄da prima. et. 14. tertia. sicut exempli ḡra esset veruca: aut ablatio magne ptis cutis p̄p̄ vlcera superficialia corrodētia: sicut q̄nc̄ accidit in superficie intrinseca matricis: aut p̄pter cōbustiones ab igne.

Sed forte aliq̄s instabit q̄ nō possit effi. puenire ab opilatione carnosa: cū opilatio carnosa nō possit remoueri h̄z plimuz. seq̄tur ergo q̄ feb. effi. illa erit coeterna patēt̄. Ad hoc respōdet q̄ si opilatio erit cā totalis effimere ex illa effi. erit trāsit̄ in putridā q̄ forte erit coeterna patēt̄: q̄ mo rietur cum illa. Si autem illa opilatio non sit totalis causa effimere: poterit effimera remoueri remanente opilatione: vt manifestum est.

Et hec quidem febribus effimeris parum permutatur ad ethicā: q̄m corpus in ea est plurime materie.

Species due opilationis.

Species tres opilationis.

Tractatus

- Primus canon** In hac quinta parte Avic. ponit septē canones
Primus. hec feb. parū permutat ad etbica: qm̄ corpus in ea ē plurime materiel: quapropter multum resistit causis excitantibus.
 Et in hac febre iterum est sitis et inflāmatio: et adherētia caliditatis: et vrina media inter igneam.
- Secundus.** Secundus canō. in hac feb. sunt accidentia que consuevunt accidere in alijs feb. s. sitis inflāmatio: adherētia caliditatis. i. p̄tinuitatis: sicut continua ē opilatio. raro em̄ accidit: s. habeat porisimos: vt dī q̄ sit itēgra quies inter porisimū et porisimū: et vrina ē media iter igneā. Sed tu dices vbi est aliud extremū. Dicit quidā q̄ vult dicerē inter igneā et rubeā: ita vt color sit partim citrinus et partim rubeus. Aliter et meli⁹ iter igneā. i. inter gradus citrinitatis: sicut multis effi. debilibs caliditatis: neq; intēse citrinitatis: sicut i colericis.
 Et hec febris est difficilis ad cognoscēdum cuius similitudo est proxima similitudini februm humorum.
- Tertius.** Tertius canon. hec febris ē difficilis cognitio: nis: quia multum habet similitudinis cum putridis propter opilationem et multitudinē materiel.
 Et hec febris quandoq; remanet vsq; ad diem tertiu: et in eo qd̄ est post ipsum si sunt opilationes plurime: fortes: et nō sunt inspissantes: et non sunt condensantes de foris: et si sunt parue festinat eius eradicatione si non fuerit error.
- Quartus.** Quartus canon. hec feb. quādoq; durat vsq; ad tertiu diē: et etiam post ipm̄ si opilationes fuerint fortes: sed nō in vltimo fortitudinis: q; tūc fieret trāsitus in putridā: et nō fuerint inspissantes: neq; condensantes de foris. i. nō fuerint in poris: q; iste sunt leues in p̄patione ad opilationes intrinsecas q; si opilationes sunt parue cito eradicantur: nisi accidat error.
- Quintus.** Et hec febris iter febres effimeras qm̄ q; accidit et redit propter fixationē opilationis que est causa quare fiunt ei paroxisimi.
 Quintus canō. hec feb. inter effi. qm̄ accidit et redit. i. b; paroxisimos siue exacerbationes ppter fixationē opilationis: q̄ est cā quare ei fiant porisimi.
- Dubitat** pro declaratione hui⁹ partis vtrū se. effimera sit porisimal siue p̄dica. Arguit q̄ nō. p̄mo feb. effi. est facta: ergo nō est p̄dica. tenet p̄na. et assumptū ē Gal. viij. terapētica. Secōdo. si aliq̄ effi. esset p̄dica maxime esset effi. ex opilatione: sed hec nō ē p̄dica. ergo nulla alta. assumptū probat: q; opilatio fixa debet facere feb. fixam et non p̄dica: cū causa et effectus debeant proportionari.
- In oppositum** est Avic. in parte p̄senti in cap. sequētis de effi. ex nauseatua satietate. vbi dicit q; b; quatuor p̄dicos vsq; ad septimū. Secōdo p̄ hac parte sunt rationes. potest em̄ effimerans ex sole iterum ad solem redire: et sic fiet nouus porisimus.
 Tertio spūs inflammatus faciens effi. potest inflammare aliū siue genitū siue de nouo producendū qui inflammatus faciet scdm̄ paroxisimū.
 Quarto reperitur tertiana vnus paroxisimi q̄ est p̄dica. ergo etiā effimera vnus porisimi potest esse p̄dica. Quinto quecunq; cause faciunt putridā esse p̄dica p̄nt in effimera rep̄iri:

De speciebus

et q̄ causa cōiuncta vnus effimere disponit cām cōiunctā sc̄de effimere: et sic de alijs causis que in putridis reperunt. ergo effimera poterit p̄dica esse sicut et putrida.

Pro solutione bui⁹ q̄stionis p̄mitte tēda ē bec distinctio q; p̄dica a cōiuncta accipitur dupl. cōiter et p̄p̄e. Lōmuniter sumpta est discretiue reditus febrū similitis p̄me ppter causam corporeā p̄me disponētē ad sc̄dam. voco autē feb. similem p̄me in eadē de nominatione specifica. P̄dica autē p̄p̄e sumpta est reditus febris similitis p̄me ppter cām cōiunctā p̄me disponētē ad cām cōiunctā sc̄de et attrahentes ipsam ad locum determinatum vbi p̄ma causa fecit p̄mā febrem. et hoc ppter vestigiū ex p̄ma causa derelictū i loco illo. Hac distinctio ē p̄missa sit bec p̄ma cōclusio. nulla feb. etbica est p̄dica. probat. q; nulla feb. etbica habet cām a qua dependet specialis dependētia. Secōda cōclusio. feb. effi. tam vera quā nō vera ē p̄dica. p̄ma pars probat. Nā aliquo efficiente ex sole potest causa consuetā illius effimere. s. spūs inflammatus a sole disponere alium spūs ad inflāmatōnē. vnde cessante p̄ma effimera redibit secunda similitis p̄me ppter cām corporeā. q̄re bec effimera vera est p̄dica. Istud tamen est rarissimum q; vnus spūs inflammatus absq; alta causa corporea alium spūs disponat ad inflāmatōnē taliter vt sc̄dam faciat effimeram. sc̄da vero pars probatur. opilatio em̄ remanēs fixa iuxta textus est causa inflammationis spūs prohibita euetatione quo spūs resolutus et cessante effimera tādes opilatio fixa erit causa inflammationis alior spūs ritū venientū ad eadē loca opilata. et sic vsq; ad plures porisimos donec opilatio remoueat aut effimera trāseat in putridā. hoc aut manifestum est in effimera ex nauseatua satietate. potest em̄ vnus cōsensus corruptus faciens effimeram disponere ad alium cōsensus corruptū facturū sc̄dam effimeram: et sic abibit fm̄ Aucē. quandoq; a quatuor porisimis vsq; ad septimū. Item ap̄a intrinsecus inflāmans spūs et faciens effimerā spūs illo inflāmato resolutus. et sic p̄ma effimera cessante potest inflāmare nouū spūs et nouā facere effimeram. et sic non est incoueniēs in vno bubone in pluribus dieb; plures accidere effimeras. Et ex hac cōclusionē sequitur q; p̄dica cōiter sumpta: potest etiā putrida esse p̄dica. Tertia cōclusio. accipiendo p̄dicationē p̄p̄e sola feb. putrida est p̄dica. Et probat p̄clo. Nā cā cōiuncta p̄mi porisimi disponit cām cōiunctā sc̄di porisimi et attrahit ipam ad locū illū i quo p̄ma cā cōiuncta putres fecit porisimū. et hoc ppter vestigiū derelictū a p̄ma cā putrete siue illū vestigiū sit cineritū: qd̄ est terminus putrefactionis siue malap̄lo i loco derelicta nihil aut tale pot̄ cōuenire effimere q; cā cōiuncta effimere nō pot̄ trahere cās sc̄das cōiuncta ad locū determinatū ppter vestigiū derelictū: cū spūs sit substantia tenuissima nihil tale potēs reliq̄re post sui putredinē aut inflāmatōnē. Quarta p̄clo tertiana vnus porisimi: s. nō sit p̄dica acti: est tñ p̄dica aptitudinē. Causa. n. cōiuncta illi⁹ porisimi est apta attrahere nouā materiā ad locū i quo putret ppter vestigiū de relicto: nō aut attrahit. q; de fecit materia. nihil em̄ remāsit sub forma cāe antecedētis supra illā q̄ fecit illū paroxisimū. Et ex dictis in p̄senti questione et parti ex dictis supra pot̄ facile r̄sio patere ad rōnes factas in p̄cipio questionis tā an̄ oppositū q̄ post oppositū. Et bec quidem

Distinctio de p̄dicatione.

Primus

Et hec quidē febris permutatur ad frigus et horripilationem et significat quod ipsa sit putrida.

Sextus canon. hec feb. multoties permutat ad frigus et horripilationem. supplere et rigores: et significat quod sit putrida. Effimere enim non sunt cum tipo notabili. et hoc signum manifestum est si prius precedat feb. et postea sequitur tibus.

Et cum illa que est ex opilatione facit accidere dolorem post flebotomiam in latere sinistro non est excusatio iterationis flebotomie: precipue cum sedatur feb. et perseverat dolor.

Septimus canon. cum feb. effi. ex opilatione facit accidere dolorem in aliqua parte corporis post flōmiam in latere sinistro. i. ex basilica sinistra non est excusatio iterationis flōmie precipue cum sedatur feb. et perseverat dolor. est enim sedata feb. per remotionem repletionis vaporose per flōmiam basilice sinistrae maxime ad hoc conferētis: ut est apud Aucē. ij. tertij. cap. de curationibus generalibus cōplexionum malarum cordis: sed dolor perseverat post flōmiam. quod sanguis agitated et non sufficēter eductus per primam flōmiam incipit aliquid membrum appare propterea necessarium est flōmiam iterare. **Secunda** expositio est ut textus sic ordinat cum feb. effi. ex opilatione facit accidere dolorem in parte corporis sinistra post flōmiam factam in aliqua parte corporis est necessarium ut reiteret flōmiam: precipue cum se. sedatur: et perseverat dolor. est enim signum doloris illum non sequi febrem: sed potius agitationem alicuius humoris mellici in latere sinistro incipientis partem sinistrae appare. quapropter est necessaria reiteratio flōmie. **Sed** ex qua parte qua vena debeat fieri flebotomia: et quantum sanguinis sit hauriendum tuo relinquitur iudicio estimatiuo.

Signa.

Quandoque accidit febris effimera non est a causa primitiva et est longe declinatio: tunc estima quod ipsa est opilatio: et proprie quod declinat sine euacuatione cum hūectatione. **Unde** ponit signa. et primo dicitur notitia estimatiua. scōdo magis certa ibi. (Et significat) Signa autem prima sunt tria. Primum non fertur a causa primitiva. sed hoc signum ly excludat effimeras has: et tunc cōe oib? effimeris pēdētibus a causa corpea. **Secundum** signum. est quod est longe declinatio. et hoc est cōe plūb? pēdētibus a causa corpea. **Tertium** magis proprium pēdētibus est quod declinat sine euone. i. sine sudore sili nali. nam cetere effimere sunt magis apte teriari cum sudore sili nali quod pēdēs ex opilatione. est enim opilatio tam intrinseca quam extrinseca multum apta impedire sudorem: nisi forte effimera pēdēs ab euacuatione: est enim parum apta terminari per sudorem: sed illa facile per causam suam cognoscit.

Et verificant estimationem tuam signa repletionis: et in corporibus plurimi sanguinis et generatibus eius: aut grossorum humorum viscosorum: et dicitur quidē inter ea ambo est quoniam si opilationes in eis sunt propter grossitudinem humorum et viscositatem eorum significant ea signa nota eis: et non est illic inflammatio corporis et rubedo et extensio et ad summum signa multitudinis. **Et** illis in quibus causa est repletio sunt signa repletionis: ex

Ephimere.

Fo. xxxi.

rubedine faciei exuberatione venarum et inflatione et tensione et alia apparentia. **Et** si superfluit opilationes pulvis est parvus et si non superfluit: non oportet ut minoretur pulsus.

Ponit signum magis certum: et est pntia opilationis cognita per signa sua siue opilatio fiat a multitudine: siue ab humore grosso et viscoso.

Signa autem opilationis sunt extensio et gravitas in loco opilato precipue. si locus ille fuerit transitus multarum materierum sicut epa in quo plerumque propter opilationem est maior gravitas quam in apate et? scōda pmi. in cap. de signis opilationum. Opilationes quoque in ventris habentes habent colorem citrinum: aut saltem non bonum. quoniam sanguis per foramina sua ad cutis superficiem non accedit. **Signa** autem quod opilatio sit a multitudine sanguinis est membrorum gravitas: in motibus pigritia: faciei rubedo: venarum inflatio et tensus: plenitudo pulsus. licet aliquando propter nimiam plenitudinem suffocantem appareat parvus iuxta textum: et habent somnia que gravitatem protendunt: ut somnare se mouere non posse: sicut econtra. somnare se volare significat humores subtilles in quantitate temperata. **Signa** autem opilationis ab humore grosso et viscoso est calor malus tensus in plumbeum: pigritia ad motum: albedo urine extrema somnus multus et ociositas: membrorum lassitas et pigritia: pulsus parvus precipue opilationem superfluente.

De cura.

Cum causa est multitudo humorum et repletio: tunc oportet ut in principio prope ad flōmiam et euonem: et ut flōmes eum cum iam non febricit: tunc est melius. **Et** quando febricit si non fuerit necessitas: tunc statio est magis conueniens. flōmia enim facit humores currere et permiscet inter eos. Si autem non fuerit excusatio: tunc non oportet ut postponatur et tardetur flōmia et euo: deinde fiat occupatio in eis que aperit opilationes et mudificat meatus. **Et** non prope ante euacuationem ad mudificandos meatus et apertionem. illud fortasse fit causa ad attrahendum humores subito ad quosdam meatus et inuisandum in eis: et illud est res in qua sunt errores plurimi et fortasse addit in opilationibus si fuerint grossi et proprie si meatus in creatione sua fuerint stricti.

Unde ponens curam. primo ponit curam magis conuenientem in principio. scōdo conuenientes in processu. scōda ibi. (Deinde oportet.) Prima in tres. nam in prima parte curat effimeram pendentem ab opilationem propter multitudinem materierum. in scōda ibi. (Et si non sentis.) curat effimeram pendentem ab opilationem propter grossitatem et viscositates humorum. in tertia ibi. (Et cibis sit.) ponit cibos conuenientes in curatione huiusmodi effimere. prima in duas. nam in prima curat per euacuationem. in scōda per apertionem ibi. (Deinde fiat in eis occupatio.) In prima dicit quod si fuerit multitudo humorum et repletio. i. multitudo repletio sicut quoniam est sanguis propter modum exuberans tunc fiat flōmia et euo. sed euo dicitur esse cum clisteribus: et cum bis quod

Signa opilationum plurima.

Tractatus

sanguinē mundificat. Aliter et si fuerit multitudo humorū. s. aliorū a sanguine: et repletio quātum ad sanguinē: fiat flōmia propter sanguinē: et eū p/ p/ria aliorū humorū electiua s/ ipsoy exigētā. Et hec flōmia d/ fieri cum nō febriliter siue fiat ante inchoationē siue postq̄ declinauerit p/rim⁹ poris/ mus. flōmia em̄ agit at humorē: et per corpus siue re facit: et miscet bonum cum malo. hoc aut̄ plus fit p/nte febre. Et de hoc est canon inferius in ca. de cura generali febrilī. vbi dicit. et non moueas in die porisimi. hec aut̄ intelligunt̄ in cura regulari. coacte em̄ quādoq; opz parare ad flōmiam et alias euacuationes in feb. timendo suffocationē: aut raptū materie ad aliqd̄ membrū nobile: aut forte in ruptura vene et alia similia nocumenta. Deinde oportet vt demus aperiētā et mundificātia meatus opilatōs. sed nullo pacto hec aperiētā debent exhiberi ante euacuationē. illō em̄ esset causa attrahēdi multos hūores ad meatus illos et ad inuiscandū multos hūores in illis meatibus. p/pter quā rem multi sequerētur errores. i. nocumenta vt quā augerēt opilationes: et p/ptie humoribus existentibus grossis et meatibus strictis in creatione sua. et forte fieret transit⁹ effimere in putridam.

Cū flōmia iterū et euacuatio quādoq; educant superfluitates viscosas fumosas facientes coartatione sua hanc febre et prohibeant vt permutetur ad putredinē et p/ptie cum ad vltimū facis eam peruenire: et facis appropinquare sincopi.

Ponit secundā. quare est inchoandū a flōmia et euacuatione. quia huiusmodi euacuationes quāq; sufficiunt absq; exhibitione aliorū apparentiū ad curatōnē opilatōis et febris inde sequentis siue sit effimera siue sinocha. et p/bibēt transitū in putridam. q/ propter huiusmodi euacuationem educuntur materie opilatē: et superfluitates fumose. i. que vaporant absq; putredine: que coartate: et nō potētes transpirare p/pter opilationē sunt cause effimere. et forte sinoche sine putredine: et p/ptie quando existente multa repletione sanguinis facis flōmiam vsq; ad sincopim exclusiue: sicut inferius dicitur in sinocha. et hec sunt dicta Gal. ix. therapentice.

Et si nō sentis multitudinem humorū: immo sentis opilationes: et q/ ipse sunt accidētes a grossitudine eorum et viscositate ipsorum: tūc fortasse nō indiges flōmia superflua et euacuatione superflua: immo indiges aperiētione.

Hic ponit curā effime. pendētis ab opilatione p/pter humores grossos et viscosos: et p/ty. Sed hic nota q/ si hūores fuerint a sanguine separati sola idigem⁹ ipsoy euacuatione: et aliqñ incipim⁹ a flōmia sanguine et bis humoribus equato p/portionabiliter: aut ipso dominante. Si nō sit ecōtra ab euacuatione incipe debemus: et raro in huiusmodi casib⁹ oportet huiusmodi euacuationes esse valde copiosas: nisi forte materia optime digesta: aut ipa repēte ad aliquod membrū nobile.

Et aptio quidē est cū abstergētibus et medicinis et cibis: et p/pterea q/ egritudo est febris nō est possibile vt redeas in aperiētione ad abstergentia cala: immo ad illa q/ sunt inter sirupū acetosum purū vsq; ad il-

De speciebus

lum qui est cum seminib⁹: et aquā endiuie vsq; ad aquam feniculi.

Hic ponit q/ post euacuationē tā dictā est aperiētū cū abstergētib⁹ tā ex cibis q/ ex medicinis: s/ p/pter feb. debēt eē remisse cala sicut cū sirupo acetoso. suppleatis inclusiue: siue mellinū: siue zubarū vsq; ad sirupū acetosū p/positū ex seminib⁹ in quo etiā sint radices apertentes: et ab aq̄ endiuie vsq; ad aquā feniculi inclusiue. Circa quā paratē nota q/ medicinie deseruientes aperiētōi opilationū sunt q̄ntuplices: subtilisatiue: absterisue: incisive: lauatīue: et apstīue. Subtilisatiua autē medicina ē cui⁹ p/ptetas est vt faciat hūoris subtilitā subtiliorē cū calitate tpata: sicut yfopus alasse et camomilla. Absterisua autē cui⁹ p/ptetas est vt remoneat humiditates viscosas et congelatas ab orificijs meatū siue poroz qui sunt in mēbrī superficie: ita vt longet eas ab eis: sicut aq̄ mellis: et q/ ex melle sunt. quapropter oīs medicina absterisua est corpis solutiua: licet nō p/pter proprietatē occultā: et oē amarū est absterisuum. Incisua vero est cuius p/ptetas est vt subtilitate sua penetret inter duas superficies. s. hūoris viscosi: et superficiē mēbrī: in qua est viscatū et remouet ipsum ab ea: et cū hoc etiā diuidit ipm humorē in partes: licet nō faciat substantiam suam subtiliorē: sicut sinapi et oximel. in cisua em̄ p/ptie opponitur viscoso. subtilisatiua autē grossa et spisso. Lauatiua autē est cuius p/ptetas est vt mundificet meatus cū humiditate sua quam adiuuat motus. nā currēs subtile cū transit super orificia: et p/ meatus suo cursu remouet superfluitates: sicut aqua ordē: et aqua cucurbitē. Aperiētīua nō medicina ē cui⁹ p/ptetas ē vt moueat materiam existentē in concauitate meatū ad exteriora et remanere cōcausitatem meatuum apertam efficit hoc subtilitate sua: sicut petrosillum: aut q/ subtilis est et incisua: aut q/ subtilis est et lauatīua: aut q/ subtilis est et absterisua: et omne acutum aperiētium est. Et melius est in aperiētione opilationum vt inchoes ab abstergētibus et incisuis. Deinde procedas ad subtilitātia et aperiētā: et omnia sint liquida et fluxibilia.

Et cib⁹ sit ille in quo est ablutio: et non in quo est viscositas sicut chist ordē. Et zubarū cū hoc q/ ipsum est p/pinquū cibo ē in ipso aptio et absterisio. non est ergo malum si misceatur cum chist ordē.

Ponit quales debēt esse cibi. et patet. l. i. ordē id est ptisana ordeacea.

Demū opz vt cōsideres cū eūaueris: si necessaria fuerit euō eius et appuerit: sicut diximus an minuaf febris et deficiat: et an si porisimos hūerit frāgaf et debilitet porisimus ei⁹ scōs a p/rio. Et cōsidera vrinā: et si inuenis eam non priuatā digestionē: et in pulsu et si inuenis eam nō significare putredinem procedes scōm hoc regimē. Et intromitte egrum in die tertio post porisimum in balnē hora mollificationis paroxisimi expectati si fuerit febris vsq; ad qñq; horas et inunge eum. Et frica ipsum cū rebus in quib⁹ est absterisio equalis: sicut quod est inter farinā fabaz vsq; ad farinā hōrobi et farinā radicū lilij et aristologie emollite

Primus

emollite cū aliquātulo mellis et aque. Qd si fueris ausus vti fortiori hoc: tūc vtere spuma baurach: et si estimas qd balneū alterat naturā ei' in aliquo et facit accidere quasi horripilationē non moxetur in eo ictu oculi. opilationes enim iste non sunt de genere earum quas aperit balneum.

In hac parte ponit curā cōuenientē in pcessu: et est administratio balnei et fricationis. in scda parte ponit quid post exitū a balneo: faciēdus sit. scda ibi. (Lū ergo egredit.) In prima parte ponit octo cōditiones seruandas in vsu balnei. Prima qd precesserit euacuatio. Scda qd facta sit opilatiō aptio. Tertia qd porisimus si fuerit vn' solus sit in declinatōe. Si autē sint plures porisimi qd cū balneat sit porisimus declinatōis vniuersalis. Quarta qd vrina significet digestiōē. Quinta qd pulsus sit coartat' significās putredinē. Sexta qd ponatur in balneo in die tertio qd in hoc tēpo re verisimile est egrum esse in declinatōe et pcessisse euacuatiōē et aptiōē que pmittēde sunt. et ante porisimū sequētis si fuerit aliqs verisimiliter secururus saltē per quinqz horas: ita vt possit fieri balneū fricatio et cibatio si fuerit expedies Septima qd post balneū fricet et vngat cum abstergentibus qd in textu describit. Hoz tamē vsus non est apud nos: et magis cōueniret opilatiōi existenti in cute spuma baurach. i. pars subtilior salis: qd dicit baurach: sed loco ipsius accipim' sal nitrum. Octaua. qd si balneū alteraret ipsuz faciēdo opilatiōē illico de balneo egrediat. signficatur enim qd balneum non est aptuz aperire huiusmodi opilatiōes immo potius disponit ad febrem putridam.

Lū ergo egreditur de balneo nō oportet vt appropinet cibo neqz vino: nisi post securitatē ex porisimo. Si autē exigit dispositio vt cibetur aliquātulum et nō tolerat: detur in potu id i quo est aptio vt aqua ordeī subtilis plurime aque pauci ordeī plurime decoctiōis decocta cum apio. Qd si paroxisimus non iterat ei: tūc balnea euz scdo: si desiderauerit illud et ciba ipsum: et si fuerit paroxisimus diminutus a porisimo primo et vrina fuerit bona: tunc confide in veritate curationis et paucitate opilatiōnis: et cura cum post eradicationem eius sicut curasti: et ciba ipsum. Et si venerit paroxisimus sicut fuit: aut fortior illo: et vrina non fuerit sicut oportet: tunc egritudo est tendens ad putredinem: et curatio ei' est curatio putredinis.

Ponit quid operandū sit post exitum a balneo. nam regulr non debemus exhibere cibum porisimo proxime secuturo. Si autem virtus non toleret detur aqua ordeī subtilis. i. in qua sit parū ordeī et multū de aqua. et proprie decocta cū pauco apio ad maiorem apertionem. Nos autem loco butius daremus aliquid ptisane ordeacee. Si vero alius paroxisimus non superueniat: iterū balneandus est ad resolutionem residus. Et si superueniat: et sit valde diminutus respectu pcedentis. et cum hoc vrina fuerit bona: tūc significatur

Epbimere. Fo. xxxij.

paucitas opilatiōis: et qd non fiet transitus in putridam: et potest eger grossius dietari. si vero fuerit paroxisimus sequēs equalis primo aut fortior et vrina non digesta: tunc fit permutatio ad feb. putridam. et curandus est cura putride.

De febre effimera ex nauseatiua satietate et repletione.

Capitulum.

xxxij.



Candoqz accidunt ex nauseatiua satietate vapores mali ex quibus accenditur caliditas et inflammatur spiritus quare accidit febris.

Hoc capitulum de febre effimera ex nauseatiua satietate habet tres partes. In pma ponit modū puentus se. effimere ex nauseatiua satietate. Secūdo signa. Tertio curā. partes patent. Prima in tres. In pma ponit modū prouētus ei' in generali. scdo in speciali. tertio canonē. scda ibi. (Proprie in corporibus. (tertia ibi. (Et isti quidē) In pma parte dicit qd quadoqz accidunt ex nauseatiua satietate. i. ex corrupta digestiōe in stomacho vapores mali: ex quibus accēdit caliditas in corde et inflāmant spiritus qre accidit feb. Motandū qd cū digestio stomachi ledatur tripliciter: dimi- nute ablate: corrupte. per nauseatiuā satietatē debemus intelligere digestiōē corruptā: per quaz generatur chylus corruptus. Dicit autē digestio corrupta: qd nō conuenit alicui indiuiduo de specie humana naturaliter disposito: aut qd per ipsā producit chylus solū equiuoce non proprie ponēdus in specie chylī. Aliquādo tamē p nauseatiuā satietatē intelligimus chylū corruptum nauseare facientē. Et aliquādo per nauseatiuā satietatem intelligimus satietatē et plenitudinē stomachi cū nausea. ita vt corruptio digestiōis sit causa chylī corrupti: et chylus corrupt' causa plenitudinis stomachi cum nausea.

Resio stomachi triplex.

Sed dubitatur qre ex corrupta digestiōe epatis non generatur feb. effimera. Dicendum qd ex corrupta digestiōe epatis est apta generari feb. putrida et non effimera. Lū ratio est. quia humor genitus per corruptam digestiōē epatis ponit inter causas corporeas: sed chylus inter causas primitiuas. est enim longinquus a corporib' nris chylus quā humor. Item quia chylus non ponit inter res naturales: sicut humor. quia non necessario ingredit' pstitutionē corporis humani. multo- tiens enim homines sunt sine chilo: sed nūqz sine humorib'. Sed ponitur dignius inter res non naturales. quia necessario occurrens corpori humana non potest cōuenienter et incōueniēter applicari: sicut cibus et potus: et ex eodem fundamento feces. qd per primā digestiōē immediate ex chilo in stomacho generatur: sicut et chylus reponit debent inter causas primitiuas: vapores itaqz ex chilo et ex febribus eleuati cor inflāmant dignius faciunt effimeram quam humoralem.

Responso.

Et proprie in corporibus colericis: et illis qui non habēt amplos poros. nam plurimum superfluitatū eorum vaporat vaporatiōes fumosas et minoratur in eis eructuatio acida. Et de illis qui sunt vehemētius dispositi ad illam sunt illi qui incipiunt post nauseatiuam satietatem vti exer-

Tractatus

citio et motu: et ire sub sole et balneatione postquam accidit eis hoc: multiplicantur enim eis vapores fumosi et proprie quando habuerint in corporibus suis dolorem et proprie in visceribus eorum.

Hic ponens in speciali modo prouetus effimere ex nauseatiua satietate ostendit primo quod corpora sint ad hanc parata. 2. que imparata. scilicet ibi. (De materia vero.) In parte prima dicit quod corpora magis parata ad huiusmodi febres sunt corpora colerica: aut saltem colerica secundum stomachum quod poros strictos habet siue a creatione: siue acciderit taliter. In his enim propter stomachi caliditatem cibus ad fumosum corrumpitur. vapores autem fumosi non potest transpirare propter clausuram pororum inflammantur cor et spiritus. et in his non accidit eructatio acida cum illa pendeat a frigiditate aut a caliditate diminuta. Illi autem maxime ad hanc dispositionem sunt parati qui post repletionem stomachi exercent et mouent motibus inordinatis: et proprie sub sole. nam per huiusmodi calefactionem spiritus ad corruptionem fumosam disponit: et proprie cum cibo agitato stomachus non bene complectitur eum. et etiam quando balneatur maxime in balneo calido. Spiritus enim tamen per solem quam per balneum: trahunt a centro ad circumferentiam. et maxime ad hanc dispositionem sunt qui habent aliquo modo dolorem intrinsecum per quem stomachus a debita digestionem impeditur: tamen per hanc calefactionem ad fumosum fit corruptio: et propter fit febris effimera.

De materia vero eructationis acetose et in habentibus eam raro contingit ut generetur febris. si autem generetur erit debilis: immo non generatur.

In hac parte inuit quod corpora sunt imparata ad febrim effimera ex nauseatiua satietate. et sunt corpora rheumatica siue frigida: aut habentia stomachum frigidum. in his enim est aptus corrupti cibus ad acetosum: sed de materia eructationis non est apta sequi febris effimera: cum secundum plurimum potius frigidet quam calefaciat. Verum aliquando: ut est apud Auiencem. 13. tertij. et Auerro. 113. colligitur cibus corrumpitur in chylum acetosum a caliditate diminuta putrefaciente. et ab hac est apta generari febris effimera: sed ita remissa et debilis ut possimus dicere quod nunquam generatur.

Sed contra si per putredinem cibus corrumpitur ad acetosum febris inde conuersa debet esse frigida: et propter fortis.

Dicendum quod omnis febris pendens a vapore putrido. aut a materia putrida est putrida. sed tamen illa est putrida que pendet a causa corporis putrida. Et propter dicitur etiam quod febris effimera taliter facta non est fortis: eo quod illa putredo est leuissima. Si enim esset fortis esset facta corruptio ad fetidum vel ad alium odorem calidum.

Et estimamus quod generatur ab eructatione acetosa non est nisi satietas nauseatiua.

In ista parte dicitur quod illud quod generatur ab eructatione acetosa. scilicet ex vaporibus eleuatis a chylulo acetoso non est nisi nauseatiua satietas: sed non febris.

Contra. sequitur quod idem est causa et effectus et prius et posterius. **D**icendum quod non est inconueniens idem esse causam et effectum: et propter prius et posterius in diuersis generibus causarum: sicut in hoc proposito:

De speciebus

nauseatiua satietas. scilicet chylus corruptus ad acetosum est causa materialis eructationis acetose. sed eructatio acetosa est causa nauseatiue satietatis in genere cause efficientis infrigidando stomachum quod stomachus infrigidatur. corrumpit cibum. Item nauseatiua satietas est causa immediata eructationis acetose. sed eructatio acetosa est causa solui mediate nauseatiue satietatis: et hoc non est inconueniens.

Et isti quidem cum eorum soluuntur nature iuuantur valde et remouetur febris eorum propter expulsionem superfluitatis superflue fumose.

In hac parte ponit sex canones. Primus quando patientes nauseatiua satietate soluuntur siue a natura: siue ab arte iuuantur valde: et remouetur febris. propter expulsionem superfluitatis fumose.

Et diuersificatur quidem curatio eius cuius retinetur natura ex illis et cuius soluitur.

Secundus cano multum diuersificatur curatio a medico facienda quando venter soluitur et quando retinetur. Si enim sponte soluat illud forte sufficit ad curam. Si vero non sponte soluat: opus est ut medicus chylum corruptum educat vomitu: aut secessu aut utroque modo.

Et si natura illius qui febricit ex nauseatiua satietate leuiatur duabus assellationibus: aut tribus: deinde flometur fortis fit super eam fluxus ventris: et fortasse fiet super eam fluxus epaticus quem significabat pulsus cordis et nigredo lingue.

Pro notitia tertij canonis est notandum quod stante nauseatiua satietate non debet fieri flomina. quia esset causa ut chylus corruptus ad epas traheret: qui esset causa infectionis humorum in epate existens et propter multorum noxamentorum. Dicit ergo Auiencem. quod si venter febricitans nauseatiua satietate soluitur bis aut ter: deinde flometur: ut quod forte medicus videt urinam grossam rubeam et iam precessisse euacuationem chyluli corrupti: tunc fit fortis fluxus quem forte erit epaticus qui fluxus fiet a materia que diminuta habet super residuum materie in epate repte. ad quem tamen fluxum sequitur pulsus cordis qui est vis in tremorem eius et nigredo lingue vaporibus acutis in fluxu cordis et lingue comunicatis.

Et bis non obstantibus fluxus tamen erit salubris. et hoc est prima expositio Gentilis: cui tamen non multum assentio. **S**ecunda expositio eiusdem est quod quando patientes effimera ex nauseatiua satietate soluitur bis aut ter. deinde flomina a medico credente totum chylum corruptum esse eductum in tribus assellationibus: cum tamen non sit eductus integre unde corruptum quod est in stomacho per flomiam attrahitur ad epas: et corrumpit humores in epate reptos: ita ut natura irritata expellat eos et faciat fluxum fortem epatis malum et forte mortalem ad quem sequitur pulsus cordis et nigredo lingue vaporibus malignis cordis et lingue comunicatis.

Et simulantur accidentia febris effimere ex repletionem accidentibus febris ex ira. rubent enim oculi et facies valde: et fit inflammatio vehemens et magnificatur pulsus: et fit velox: et rubet urina.

Quartus. quod accidit febris effimere. ex nauseatiua satietate et accidit febris effimere. ex ira multum assellatur. In utrisque enim rubent oculi et facies inflammatio fit

Febris pendens a vapore putrido.

Sex canones.

Gentilis cap.

flāmatio fit uehemens. magnificat & uelocitatur
pulsus. rubet vrina: sed in patēte nauseatua sa-
tietate bec fiunt ppter vapores fumosos cōcan-
tes cordi epati: & toti corpori. in tra autez ppter
ebullitionem in sanguine & spiritu.

Amplius. cum plus remanet nō excedit
tres dies.

Quintus canon. feb. effimera ex nauseatua sa-
tietate cū pl^r remanet nō transit tres dies. in hoc
em tempore cbilus corruptus est eductus et feb.
effi. debet esse corrupta: si eger bene rectus fuerit.

Et scias qd febris effime. ex nauseatua
satieta: quandoq; uenit cū; piodis qtuor
aut septem: et cum hoc est febris effi. uerū
pulsus eius est sanus.

Sextus canon. qd feb. effimera ex nauseatua sa-
tietate bz aliqñ a quatuor piodis vsq; ad septimū
absq; hoc qd transeat in putridaz: & illud maxime
cognoscitur per pulsum qd est sanus nō coartatus
fm qd consueuit in paroxismitis putridis coartari.
De aut periodi a quatuor vsq; ad septē accidunt
fm numerum cibationū in tribus dieb^r in quarū
qualz cibus assumptus ad fumosuz corruptitur
Quod aut tot periodi possint ex vnica cibi corru-
ptione puenire est longinquū et male uerissimile.
possibile tñ est qd duos vel tres accendant in vnica re-
pletione ppter cibozū diuersitatē: ut si cōderet
lac et oua et carnes. lac primo corruptum posset
facere periodum: oua secundū. et carnes tertiu.

DE SIGNIS.

Signa eius sunt alteratio eructuatio-
nis ad acetositatem aut fumositatē. Cum
ergo alteratur eructuatio ad sanitatē in-
dicat sanitatem. Et vrina quidem istorum
est. priuata digestione aquosa. Et quando
causa nauseatue satieta: est uigilia est in
facie et faucibus eorum inflatio et in pal-
pebriseorum est grauitas.

Hic ponit tria signa. Primum qd pcessit bñdō
corruptio cibi signata per eructuationem fumo-
sam aut acetosam. Luz em est eructuatio sana nō
redolens aliqñ sapore extrancū indicat sanitatē
Scōm signum. cum vrina istorum est priuata di-
gestione aquosa.

Cōtra qd supra dixit qd rubet vrina. **D**i-
cendū qd vrina aquosa est signum
corruptionis ad fumosum. Vel alr. qd vrina est pri-
uata digōne aquosa: qd subtilis: & tincta. Vel ter-
tio qd in pncipio est aquosa similis aq significās
indigestionez: sed postea in processu efficit rubea
per actionem caliditatis febris: illis. **T**ertiu signū
est manifestū ex bis que dicta sunt superius in. c.
de effimera ex uigilia.

De cura. Cap. xxxv.

Sciens hanc nauseatiaz satieta-
tes nō euatur quin aut sit natura
er^r nō soluta: aut sit soluta.

Hic ponit curā & bz tres ptes. in prima
ponit vnam diuisionē. in scda ibi. (Et si natura)
psequit mēbra diuisionis. in tertia ibi. (Et si. per
seuerat solo) ponit quosdam canones. Nō dicit
in prima parte est manifestū. qd est vna distinctio
facta ex ptribus cōtradicientibus. Est em^r necessa-
riū ut neuter bozū patētū sit solutus. s. a natura
aut nō solut^r. et est dictum Ga. 8^o. terapentice.

Et si natura eius fuerit nō soluta: tūc p-
culdubio opz ut soluas eaz: & si fuerit aliqd
cibi: aut fecis: aut grauitatis remanens in
stomacho tūc oportebit ut facias vomere
ipsum: deinde solue ipsum & considera ubi
inuenit grauitatem.

In hac pte curans effimera: ex nauseatua sa-
tietate exequitur mēbra diuisionis. & primo curat
qn natura nō est soluta. scdo ibi. (Quod si natura
fuerit) curat qn natura est soluta. Prima iteruz in
duas. nā primo ponit curā in gñali. scdo in spālī
scda ibi. (Et cōsidera). in prima pte dicit qd si na-
tura nō fuerit soluta opz ut soluas eā. si tamen in
stomacho fuerit aliqd cibi aut cbili corrupti gra-
uantis: aut inclinantis ad vomitū. primo dz pre-
mitti vomitus: postea ventris solo. quando tamē
stomach^r esset repletus & nō est maior: inclinatio
ad vomitum qd ad secessum ventris solutio debet
premitti vomitū.

Et cōsidera tunc an sit rectius: eūare il-
lud cū clisteribus et suppositorijs: aut cuz
aliquo qd bibitur desuper ut soluat aut de-
ponat aut digerat: & significat illud qd re-
ctius est de hoc dispositio eructuationis.
fortasse em^r necessarius erit: si fuerit cibus
stans fortiter et sit difficilis vomitus ut nō
aspiciatur ad febrē: sed administratur. dya-
piperon ut precipitetur et descendat cum
digestione: aut administret qd est debilius
eo: et administrent embroce & emplastra di-
gestiua cognita in capitulo digestionis: et
solutiua cognita in caplo solutionis. Cum
ergo descenderit: tunc aut egredietur per
seipsum: aut iuuabitur cum suppositoio.

In parte presentī docet curare effimera in spā
li qñ venter nō est solutus. & bz duas ptes. in pma
curat p ventris solutionē. in scda per dietam ibi.
(Et toleretur famis). **I**n prima dicit qd medic^r
dz cōsiderare: an cbilus corruptus debeat eūari
per vomitū: aut per vētris solutionē. **D**oca aut fiet
sibi manifestum ex duobus ex grauitate pcepta &
eructuatione. Nam si senserit grauitatē in stoma-
cho & eructuationē: tūc cbilus corruptus est in sto-
macho. ergo si nauseauerit: primo pcurā dū ē vo-
mitus. deinde ventris solutio per quā cbilus cor-
ruptus oīo eūctur extra corpus: aut minuat: aut
saltez descendat a stomacho ad intestina. Si aut
nō senserit grauitatē in stomacho: neq; buerit eru-
ctuationem: sed senserit grauitatē in intestinis: ut
puta iter umbilicū et stomachū vel ab umbilico in-
fra. nā per primū sequit cbilū corruptū esse in in-
testinis gracilibus. p scdm in grossis: est pcedēdū
mō infra scripto. **E**xistēte q. cbilo. corrupto i stoma-
cho vel in intestinis gracilib^r dandū est aliqd per
os qd precipitet cbilū corruptū ad inferiora. **L**ī-
steria nō ascendūt ad stōm: neq; ad intestina gra-
cilia superiora. **D**e maxime autem cōuenienti-
bus ad bec est dyatriōpiperon. i. electuarium de
tribus piperibus. cuius descriptio est apud ADe-
sue & Aul. hoc em^r sumptū a. 3. iij. vsq; ad. vj. pcepti-
tat corruptū ad inferiora. Et si aliqd de cibo sit
et nondū digestū adiuuat ad digōnem. bz em^r tbi
mū & piper qd adiuuat ad ventris solutionē: et nō
respiciatur: dū mō educatur: cbilus corruptus. Si
tñ videt nimsa inflāmatio dandū est aliqd mīn^r
E

A Desue.

Tractatus

calidū ventris lenitiū: sicut aqua mellis: aut a q̄
suc. debite calida quantitate. 5. aut. 6. 3. Exterius
aut̄ approximē emplastra vnctiones ep̄ib̄ima
ta: aut embroce q̄ cōfortant digestiua: et cū hoc vē
trem leniāt: sicut esset decoctio facta ex absinthio
spica et assaro: quib⁹ apud maiorē necessitatē pos
set addi parū artante. hec enī exterius applicata
cū h̄ q̄ cōfortāt cibū corruptū deponūt. Si aut̄ p̄
signa supra scripta cōp̄b̄ium fuerit corruptū cibū
esse in intestinis grossis clisteri educendus est.

Sed dubitatur vtrū dyatriō pipeon
cōueniat i cura but⁹
effimere. et arguit q̄ nō de intentione Alexandri in
caplo de corruptione digestionis reprehenden
tis Gal. in hoc passu qui in octauo terapētica cō
cedit dyatriō pipeon. In oppositū est Gal. 8^o
terapētica et Aut. bic. Illoc dubiū facile pōt sol
ui dicendo q̄ Gal. et Aut. cōcedūt ipsum quando
corruptus est ad acetosum et fit corruptio a mala
cōplexione frigida. Aliter pōt dici q̄ in hac cor
ruptione ad fumosum est duplex intentio. vna ad
deponendum cibū. et ad hoc optime valet dya
triō pipeon. nam cum hoc q̄ deponit cibū
corruptum: si quid remansit ex cibo indigestum ad
iuuat. ad ipsius digestionem et cura est cōueniens
in principio. Alia aut̄ intentio est ad malam cō
plexionem calidam corrupentē: et ad feb. et ratio
ne huius nō conuenit. sed cōueniunt frigida: sicut
dicetur inferius. Ego tamē credo q̄ stante hac
corruptione cū feb. et a mala complexione calida
sit tutius adhibere aquas mellis: ordei: aut zucha
ri vt simul cibū corruptus deponatur et mala cō
plexio calida corrigatur.

Et toleratur fames super eū diu donec
non remaneat hesitatio in destructione sa
tietatis nauseatue: deinde sumat cibū le
uem: velocis digestiōis boni cibi: et sit in
tentio ad famē et somnum tantū: qd̄ excu
sat sollicitudinē in alleuiatiōe repletionis.
In hac parte dicit q̄ fames in hoc casu d̄z tole
rari donec satietas nauseatua sit destructa: ita
vt nō sentiat eructationem: neq̄ grauitatem in
stomaco et intestinis gracilibus. postea sumat ci
bū leuem boni cibi: et velocis digestiōis: et in
summa toleret famem: multum dormiat super fa
mē. hec enī excusant ab alia cūatione. Conuer
tuntur enim spiritus in somno circa stomachū et iu
uant ad digestionem vt ad benignū reducat qd̄
pōt reduci: et reliquū ad euacuationē disponatur.

Quod si natura fuerit soluta considera an
res que euacuatur sit illud quod est corru
ptum: et si fuerit illud nō retineatur donec
totum euacuetur vsq̄ ad postremum eius:
et expecta declinationem paroxismi et fac
ingredi ipsum tunc balneum: et ciba ipsum
nisi fuerit illic superfluum destruens forti
tudinem. tunc enim nō facias ipsum ingre
di balneum: immo ciba ipsum: et conforta
stomachū eius cū rebus quas scies: et qua
rum quedaz scripte sunt in capitulis de so
lutione ventris. **Et de illis** est lana infu
sa in oleo in quo est virtus absinthij: aut
etiam in oleo nardino postq̄ fuit expressa
et separata fuerit ab ea maxima pars olei.

De speciebus

Illic curat effimeraz ex nauseatua satietate q̄
venter sponte soluitur. Et dicit q̄ medicus debet
cōsiderare an res q̄ euacuatur sit id quod est corru
ptum: et si ita fuerit nūq̄ retineat donec totus cibū
corruptus euacuatus sit. quo euacuato decli
nante paroxismo debet ingredi balneum et postea
cibari. Verum si adsit virtutis debilitas dimittat
balneum et cibetur: sed ante cibationem cōfor
tetur stomachus cū medicinis descriptis. 16. tertij.
in capitulo de solutione ventris ex quibus est la
na infusa in oleo de absinthio: aut in oleo nardi
no: id est de spica que lana sit expressa ab oleis et
notabiliter calida sup̄ stō: et intestinis applicetur.

Et si perseverat solutio et inuenis id
quod egreditur absq̄ genere eius quod
corruptum est: administra oleum de cito
nii tepidum recens fm̄ hunc modum et
oleum de mastice et non est iterum in oleo
nardino cōtrarietas eis. Et fortasse admi
nistramus cerotaria: et proprie quādo nō
suffert dispositio stricturaz eorum super vē
tres eorum. Et quandoq̄ indigemus em
plastris fortioribus hoc de emplastris pre
dictis in colica passiōe: et da ei in potu aq̄s
fructuum si tolerat eas: et da ei ad come
dendum illud cuius alleuiatur nutrimen
tum et facilis sit digestio: sicut testiculi gal
li et pisces aradrach. et premitte super il
lud aliquid de fructibus et succis et robur
stipticis.

In ista parte ponit quosdam canones qui sunt
maxime ad corrigendum accidentia. corrigi aut̄
tria accidentia. primū est fluxus vētris superfluus
scdm̄ est delectio appetitus. tertij difficultas trā
situs cibū ad epar. Pro primo igitur corrigendo
dicit. q̄ si vētris solutio p̄seuerat: et illud qd̄ enī
tur nō est cibū corruptus: immo forte būores quo
rū cūatio nō cōfert: tunc administra oleum de cito
nii tepidū i. calidum: et oleum de mastice vel de
spica nō est cōtrariū: immo suauitū. hec enī sto
macho et ventri applicata sistūt fluxū. aliq̄ admī
nistramus cerota: sicut cerotū ex mastice et simili
bus cōstringētibus que cerota sint tenacia: et p̄ se
adhereant pp̄rie quando eger nō vult sufferre li
gaturam. et apud maiorē necessitatē administra
magis stiptica supra dicta in caplo de colerica
passione. et detur in potu aqua fructuū stipticorū
sicut citoniorū et granatorū: et cibi eorū sint facilis
digestiōis et boni cibi sicut testiculi gallozū et pi
sces aradrach. i. qui petrosi. et añ b̄mōi cibaria da
aliquid stipticum sicut dyactonitem. similiter suc
ci et rob stiptici.

Et si abscondit de appetitu aliquid ad
mone ipsum cum eis que sciuit: et proprie
cum eis que fiunt ex citonii.

Illic p̄strationē appetitus corrigi et pp̄rie dā
do citonia: et ea que cum citonii fiunt.

Et cum euacuatum est non est malum
vt administra ei electuarium forte de illis
que digerunt et confortant stomachum et
aperiunt opilationes: et illud post ablatio
nem febris et accidentium.

Illic administra ea que faciunt cibū ad epar
penetrare ex quibus est dyaca lamentum. tyz saca
et vinum

Canones ad
corrigendū ac
cidentia.

et vinum potens. sed bec nō sunt administranda nisi in fine cū iam eductus est totus cbilus corruptus: et cessauerit febris. et correcta sit stomachi mala complexio calida.

Et iter quidē ad flebotomiā est vt non fiat in ea donec declinet: tunc enim fiat.

In hac parte dicit nō esse faciendā flebotomiā nisi postq̄ totus cbilus corruptus est eductus.

Et illud quod prius datur in potu est aqua ordeī et cibus sit sicut ille qui fit de agresta cū cucurbita et amigdalīs paucis et infrigidetur locus eius: odoramentū ei⁹ et trocisci de camphora in quibus nō ponitur reubarbarus.

Diete regimē.

In hac parte ponit regimē per dietā in declinatione cōuenientē: et in summa cōcedit agresta cucurbitam cum paucis amigdalīs qz sunt difficilis digestio: et infrigidat lectū ipsorum: et dat odoramenta frīgida: sicut trociscos de cāphora in quibus nō ponitur reubarbarum vt sint frigidiores. Nec em̄ conueniunt tam rōne feb. q̄ rōne caliditatis superflue stomachus corrupentis.

Et in hoc textu manifeste elicit quatuor intentiones. Prima ē remotio cause. s. nauseatiue satietatis. pro qua remouēda si nō sufficeret vomitus et opus est solutio in nauseatiua satietate ad acetosum ventre existente stiptico darem vñ. 3. pill. elefanginarū: aut stōicarum. et nō essem contentus solo dyatriō p̄pereon. et si esset corruptus. ad fufosum dare. x. 3. florīs cassie ventre existente stiptico. nō em̄ fiderē q̄ aqua mellis v̄l zuchari: aut ordeī possit cbilum corruptum educere. sc̄da intentio est infrigidatio que debetur febrī. tertia correctio accidentiū: sicut dictum fuit circa textū. quarta est regimē in sex rebus qd̄ in corruptione ad fufosum declinet ad frigidum. in corruptione vero ad acetosum declinet ad calidum. magis em̄ intendendū est ad cām q̄ ad febrē. Ultimo nota q̄ administrata extertus ad retinendum fluxū aut vomitū debēt esse aut notabilr calida: aut notabilr frigida. nō aut tepida vt superius ostensum fuit in febre effimera ex euacuatiōe.

Febres effimere ex apate. Cap. xxxv.

Febres sequētes apostemata interiora sunt putride: et quādoq; associatur eis ethica: et non sunt de numero feb. effimerarum.

In p̄senti capitulo Aui. agit de febribus effimeris sequentibus apostemata. Habet hoc capitulum tres partes. In prima ponit modū puentus effimere ex apostemate. in sc̄da signa. in tertia curā. partes patent. Febres autem diuersificantur s̄m diuersitatem apostematum. sed apostemata diuersificantur loco et causa. Primo ergo ponit que febres sequuntur apostemata s̄m locorum diuersitatem. secūdo s̄m diuersitatem causarum. sc̄da ibi. (Et plurimum accidit). Prima in duas nam primo ostendit que febres sequuntur apostemata intrinseca. secūdo que extrinseca. sc̄da ibi (Apostemata vero apparentia.) In prima parte dicit q̄ feb. sequentes apostemata intrinseca sunt putride: et quādoq; associatur eis ethica: et non sunt effimere.

Contra primum instatur: quia non sunt putride: quia nō cōtinue cum materia cōtinuarum putreat ad

intra venas. primo de differentijs febrium. materia autē apostematum est extra venas scilicet in cōcauitatibus membrorum neq; interpolate ex sententia Ba. in cōmēto illius affor. Febres quādoq; instatur: quia ethice sunt facte propterea non dependēt a causis corporeis.

Contra secundum instatur: quia non cōtinue cum materia cōtinuarum putreat ad intra venas. primo de differentijs febrium. materia autē apostematum est extra venas scilicet in cōcauitatibus membrorum neq; interpolate ex sententia Ba. in cōmēto illius affor. Febres quādoq; instatur: quia ethice sunt facte propterea non dependēt a causis corporeis. Pro solutione tenēde sunt iste cōclusiones. Prima. febres sequentes apostemata intrinseca s̄m plurimum sunt putride cōtinue. sc̄da q̄ aliquādo sunt interpolate. tertia q̄ aliquādo sunt ethice. quarta q̄ rarissime sunt effimere. Prima p̄batur p̄pter tria: sc̄z propinquitatem materie putrientis. ad cor: rectitudinem vie. et tertio p̄pter latitudinem vtarū. Et ex oppositis causis febres putride sequentes apostemata extrinseca s̄m plurimum debent esse interpolate q̄ febres sequentes apostemata intrinseca. Quod aut sunt aliquādo interpolate iuxta secūda cōclusionem ostenditur. et pono q̄ sit aliquod apostema colericum intrinsecum ita paruum q̄ nō possit facere febrē nisi q̄ caliditas sequens ipsum excrescit. Presuppono sc̄do q̄ merito colere caliditas sequens ipsum crescat de tertio in tertium. hoc em̄ est intentio ne Aui. inferius in caplo de febribus apostematum. Dicit em̄ q̄ vnicuiq; humorum inest periodus qui sibi cōuenit ex quibus facile deducit. conclusio. Quod autē aliquādo sequantur ethice ostenditur tū p̄pter caliditatem febrilem putridā ducentem ad ethicam. tū p̄pter nocumentum digestiue membrorum naturalium nec obstat q̄ ethice sint facte: et per cōsequēs independētes cū facte sunt qz tunc in fieri fuerunt dependētes a causis tam dictis. Quod aut effimere possint sequi apostemata intrinseca iuxta quartam cōclusionem ostenditur qz sequuntur apostemata extrinseca quando inflammantur spūs: nō tamē possunt mittere putridam fuliginem ad cor: sed tantū p̄portionem potest habere precise apostema intrinsecum ad inflāmandum spiritus nō mittendo putridam fuliginem ad cor: sicut apostema extrinsecus. ergo et cetera. tenet cōsequentia. et assumptū est satis manifestum p̄dēt em̄ apā intrinsecū esse ita parū vt possit inflāmare spūs: nō mittendo putridam vaporē ad cor cum illud sit facilius q̄ mittere vaporē putridum ad cor sufficientem ad feb. putridam. Dicta aut Aui. veritatem habēt in pluribus. Et tu adde quintā cōclusionem q̄ febres sequentes apostemata intrinseca plurimum sunt vagātes nō seruantes periodū sui humoris vt est apud Aui. 18. tertij caplo. de apatibus renum. Et experientia comprobatur et ratiōne. qz p̄dicitio sit per nouum aduentū materie: aut per crementum putredinis eius. sed bechoni fiunt temporibus determinatis in apostematibus. quare et cetera.

Contra primum instatur: quia non sunt putride: quia nō cōtinue cum materia cōtinuarum putreat ad intra venas. primo de differentijs febrium. materia autē apostematum est extra venas scilicet in cōcauitatibus membrorum neq; interpolate ex sententia Ba. in cōmēto illius affor. Febres quādoq; instatur: quia ethice sunt facte propterea non dependēt a causis corporeis. Pro solutione tenēde sunt iste cōclusiones. Prima. febres sequentes apostemata intrinseca s̄m plurimum sunt putride cōtinue. sc̄da q̄ aliquādo sunt interpolate. tertia q̄ aliquādo sunt ethice. quarta q̄ rarissime sunt effimere. Prima p̄batur p̄pter tria: sc̄z propinquitatem materie putrientis. ad cor: rectitudinem vie. et tertio p̄pter latitudinem vtarū. Et ex oppositis causis febres putride sequentes apostemata extrinseca s̄m plurimum debent esse interpolate q̄ febres sequentes apostemata intrinseca. Quod aut sunt aliquādo interpolate iuxta secūda cōclusionem ostenditur. et pono q̄ sit aliquod apostema colericum intrinsecum ita paruum q̄ nō possit facere febrē nisi q̄ caliditas sequens ipsum excrescit. Presuppono sc̄do q̄ merito colere caliditas sequens ipsum crescat de tertio in tertium. hoc em̄ est intentio ne Aui. inferius in caplo de febribus apostematum. Dicit em̄ q̄ vnicuiq; humorum inest periodus qui sibi cōuenit ex quibus facile deducit. conclusio. Quod autē aliquādo sequantur ethice ostenditur tū p̄pter caliditatem febrilem putridā ducentem ad ethicam. tū p̄pter nocumentum digestiue membrorum naturalium nec obstat q̄ ethice sint facte: et per cōsequēs independētes cū facte sunt qz tunc in fieri fuerunt dependētes a causis tam dictis. Quod aut effimere possint sequi apostemata intrinseca iuxta quartam cōclusionem ostenditur qz sequuntur apostemata extrinseca quando inflammantur spūs: nō tamē possunt mittere putridam fuliginem ad cor: sed tantū p̄portionem potest habere precise apostema intrinsecum ad inflāmandum spiritus nō mittendo putridam fuliginem ad cor: sicut apostema extrinsecus. ergo et cetera. tenet cōsequentia. et assumptū est satis manifestum p̄dēt em̄ apā intrinsecū esse ita parū vt possit inflāmare spūs: nō mittendo putridam vaporē ad cor cum illud sit facilius q̄ mittere vaporē putridum ad cor sufficientem ad feb. putridam. Dicta aut Aui. veritatem habēt in pluribus. Et tu adde quintā cōclusionem q̄ febres sequentes apostemata intrinseca plurimum sunt vagātes nō seruantes periodū sui humoris vt est apud Aui. 18. tertij caplo. de apatibus renum. Et experientia comprobatur et ratiōne. qz p̄dicitio sit per nouum aduentū materie: aut per crementum putredinis eius. sed bechoni fiunt temporibus determinatis in apostematibus. quare et cetera.

Conclusiones tenende in feb. bre ethi.

De furunculis et exituris.

Tractatus

tunc erit de genere februm apostematum intrinsecorum.

In parte presenti ostendit que febr. sequatur ad apostemata extrinseca dicens qd a pata apparetia: sicut sunt furunculi. i. a pata a cuti capitis dicta ademanul apud Aul. tertia quart: et exire. i. a pata colligētia humores calidum siue stant incipiēdo siue permutando bubones. i. apostemata in guinum. bubon. n. grece inguen la tīne que veniūt in ea. i. parte extrinseca siue apparenti. Et similiter apostemata magna que sunt in mēbris glandosis: id est carnis glādosiss mollibus: sicut illa que sunt in inguinibus a superfluitatibus epatis cuius inguina sunt emunctoria: et in assellis a superfluitatibus cordis: cuius sunt emunctoria: et sub aure a superfluitatibus cerebri: quandoq; sequuntur febr. que aliquādo sunt effimere quādo in flammādo spiritus igneunt cor: nō cōmunicādo tamen putridam fuliginem cordi: aliquādo sunt putride si putredo cordi cōmunicetur. Appellat tamē Aul. effimeras de genere febr. apostematum. qz frequenter sequuntur apostemata extrinseca: licet translatio iudayca dicat de genere februm effimerarum que sequuntur apostemata: et est textus ille clarus.

Et plurimū quidem accidit de istis febribus sequentibus apostemata sequentia causas primitiuis ex vlcibus et scabiē et doloribus et percussionibus et casibus ad que expelluntur materie et retinentur in vijs apud carnes molles est de genere febris effimere. Et plurimum quidem accidit de istis febribus sequentibus apostemata quorum cause sunt antecedentes: sicut repletiones et opilationes preterite sunt putride. et fm plurimum febres sunt radices et apostemata sequentia: licet quādoq; accidat ecōtrario. Hippocras nomiauit has febres malignas que ex eis sunt effimere et que nō sunt effimere. Et febres quidem sequentes ea fm plurimum sunt effimere: et si nō sunt effimere sunt male.

In pte pnti Aul. ponit que febr. sequantur a pata diuersificata fm causas. et primo fm causas generales. scōdo fm causas speciales. scōda ibi. (Et plurimū quidē barū). Prima in tres. In pria ponit que febr. sequatur apostemata extrinseca pendentia a causis primitiuis. In secunda que febr. sequatur apostemata extrinseca pendentia a causis corporeis. In tertia parte ponit quāda comparationem. secūda ibi. (Et plurimum quidē accidit). tertia ibi. (Et febres quedaz). In prima parte dicit qd febres sequentes apostemata extrinseca pendentia a causis primitiuis: sicut sunt vlcera scabies. i. excoctatio dolores percussiones casus nocētes aliquibus mēbris ad que fluūt materie sufficienter retinentur in vijs apud carnes molles: q̄ sunt in locis emunctorijs: sunt effimere. Deinde in secūda parte dicit qd fm plurimum febres sequentes a pata extrinseca pendentia a causis corporeis: sicut repletiones et opilationes preterite id est antīque sunt putride. In tertia parte dicit qd febres sequentes apostemata extrinseca fm plurimum sunt effimere: et si nō sunt effimere sunt male: et est afforissimus quarte particule.

De speciebus

In bubonibus omnes febres: male exceptis effimeris. pessime aut sunt putride sequentes apostemata pestilentia. Motandum primo qd hz vlcera scabies et dolores sint cause corporee appellatur tamē ab Aul. primitiue in comparatione ad opilationem et repletionem que magis videntur corporee et directius apostemata causantes. Aliter tamē possumus dicere qd Aul. per vlcera scabiē et dolorem intelligit causas primitiuis bodorum factiuis. Motandū secūdo qd per vlcera dolorem et scabiē in mēbris extrinsecis: sicut in pedibus et vīrga attrahuntur materie a corpore ad membra illa que fluentes iuxta inguina retinentur in carnis mollibus existentibus in inguinibus que spongite sunt: et ad hoc deputate vt recipiant superfluitates epatis. Et similiter si buiusmodi sint in brachijs sūt ex simili causa apostemata in subassellis. et si in mento aut labijs aut dentibus fiunt a pata post aures vel sub auribus.

Ultimo instatur cōtra dicta. qz si febres sequentes a pata extrinseca fm plurimū sunt effimere et ad apostemata extrinseca pendentia a causis primitiuis sequantur plures effimere qd putride. et e contra ad apostemata extrinseca pendentia a causis corporeis plures sequantur putride qd effimere. sequit qd apostemata extrinseca plures sūt a causa primitiua qd corporea. Ad hoc dicit primo cōcedendo ad qd deducitur maxime sub causis primitiuis comprehendendo vlcera scabiē et dolorem ac buiusmodi Aliter potest dici qd Aul. superius locutus est cōparatiue vt qd fe. sequentes apostemata extrinseca pendentia a causis corporeis sunt plures putride qd effimere in comparatione ad febrē sequentem extrinseca a causis primitiuis que rarissime sunt putride.

Et plurimum quidem haruz sequuntur apostemata sanguinea: et quandoq; accidunt sequentes herispilam et similia ei.

In parte presenti dicit qd febr. effimere plures sequuntur apostemata sanguinea qd colerica: sicut herispillaz formica et similia: tuz qz dolor est maior in apte sanguineo qd colerico. qz est extēsiuus et pulsatiuus: et in a pate colico est pūgitiuus: et qz plures vapores: hz nō ita acuti eleuant a pate sanguineo qd colerico. SJBMA.

Signa earum sunt ea que diximus de antecessione apostematum ante eas et facies est inflammata et rubea: et est additū in ea super dispositionem sanitatis et nou est caliditas vehementer mordicans quāuis sit multitudo eius in eis: quoniam huiz apostemata sunt sanguinea nisi sint fe. sequentes herispilā: et tunc istis febribus succedit hūectatio: et est pulsus in eis veloc magnus frequens propter repletionem et caliditatem: et est vrina aquosa: alba propter cursum materierum ad apostemata et vlcera.

In parte presenti ponit sex signa buiusmodi februm effimerarum. Primus est antecessio a pata. Secundum. qz facies est inflammata rubea nota bsliter supra dispositionē sanitatis: qd scōz nō est vniversaliter veruz. sed maxime verificatur in his qui multo sanguine abundant. in his enim corporibus

Sex signa februm quottidianarum quas effimeras dicunt.

poribus frequenter fiunt furculi ad quos sequuntur febres effimere. scda primi. Tertius quia caliditas quavis sit multa ppter multitudinē vaporum: et ppte in pendēte ab apate sanguineo: nō tamen est multus mordax. mordacitas em̄ arguet febrem putridā. verum si apā sit colericū caliditas etiā est mordacior. lz sit minor in quātitate. nunq̄ tamen ceteris paribus est ita mordax: sicut est quādo est a putredine. Quartū. qz istis succedit sudor lentis similis naturalis: cuius causa p̄ ex supradictis. Quintum qz pulsus est magnus velox et frequens vt satisfaciat necessitati. Sextū est vrina aquosa. i. subtilis alba. s. albedine translucēte ppter cursum materie ad apostemata. vñ de diuertitur a vijs vrine: et hoc in principio: licet postea in fine precedente actioe caliditatis febris et amplius non fluente materia ad apostemata tangatur.

CHARAZD.

oportet vt antecessio fiat in ea cum flebotomia et fluxu ventris et curetur apostema cū eo quod oportet in capitulo suo et subtilietur regimē et non bibat vinū oino: et nō cibetur nisi post declinationem cōpletam: et necessaria sunt ei extinguentia et infrigidantia humectantia et emplastra infrigidata cum niue super membrum infirmum apostemosum: ita vt noc eant nō apostemati: neqz faciant ipsum crudum: immo infrigidetur via inter ipsum et cor infrigidatione penetrante in profundum.

Hic ponit curā. pro cuius notificatiōe memorande sunt intentiones sepe dicte. Prima est euacuatio apostematis. scda est infrigidatio que debetur febrī. tertia correctio accidentiū. quarta regimen vite in sex rebus. Curatio autem apostematis duplex exigit regimē. Primus debet cause antecedētis exigens tres intēctōnes: scz euacuatiōnem diuersionem et fluxus interceptionem. Euacuatio autē complēda est cum flebotomijs et alijs euacuatiōnibus fm humorum exigētiam. Diuersione autē complet̄ cum ventosis cū sacrificatiōe cū sanguisugis ligaturis et similibus. Sed fluxus interceptio perficit̄ cum percussiuīs positis super mēbro: per qd materia fluxura est. Et aliquando materia existente subtili acuta cū bibitis que materiam ingrossant et immobilstant sicut firupus de papauere et similia. Sed regimē particulare exigit tres intentiones. percussione cōuenientem in principio. percussione cū resolutiōe cōuenientem in augmento vsqz ad mediū status. resolutiōnem cōuenientem a medio status vsqz p totam declinationem. Si vero maturatur in augmento ministranda sunt percussiuia cū maturatiōis et i statu maturatiua sola quo maturato erū pendum est et cura vlcēris curandum. Percussiuia tamē in oibus apatibus nō sunt applicanda. horum tamē inuestigatio nō pertinet huic parti. sed perquirenda sunt bec quarta primi. et tertia quarti. Scda intentio est infrigidatio que debetur febrī cū interius et exterius applicatis. Tertia intentio corrigit dolorem fm q̄ oportet et corpus humectat: et si vapores respirent ab apostemate ad cor: aut ad alia membra nobilia: aut materia retrocedat: approximāda sunt emplastra infrigidata cum niue supra mēbrum apostemosum infirmum ita vt nō noceatur apostemati: nec fiat

ipsum crudum. tertio infrigidetur vsa inter membrum apostematū et cor infrigidatione penetrante in profundū: et butusmodi etiam debent esse stricta. et hoc magis conuenit in augmento et statu q̄ in principio. Et bec nō debent applicari super hoc apostemate sed distāter ab eo vt intercipient vapores et materia ne tenderet ad cor et ad membra nobilia. regimen autem in cibo et potu subtilietur: et nō bibat vinū: neqz comedat carnes: et nō cibetur nisi apud declinationem completam: scz paroxisimū. et aliquando regimen administratur fm exigētiam apostematis et febris.

Febri effimera ex terrestreitate. i. qñ cutis fit dura vt testa.

Cap. xxxvij.

De duritie cutis.



Ec febris iteruz sequitur priuationem resolutiōis propter opilationes non profundatas. Et plures quidem hoium cum dimittūt cōsuetudines suas balneadi febrūt. et plures eorū sunt illi in quorum corporibus generatur vapor colericus propter complexionem corporum eorum et ciborum ipsorum et aquarum ipsarum malarum: et propter dispositiones eorum accidētēs ex vigilijs. Curatio eius est extinctio et administratio balnei et sudare in eo post declinationem: et fricari cū eis que sunt sicut surfur et farina fabarum et amigdale amare et semen melonis et aliquid de alusen et baurach. Et sit cibus ei extinguens et humectās et vinū eius sit plurime mixtionis: et iteret balneū multoties.

In hoc capitulo agit de febribus effime. ex terrestreitate cutis: id est ex opilatione que fit in poris cutis a causis intrinsecis que sunt tres: scz strictura pororū in creatiōe sua. lutū retentum in superficie porum resecatū in quarta digestione et tertia humores grossi: aut viscosi in poris inuiscati. et quarta causa potest esse noue cutis nō porose restauratiō. Iste autem vocantur opilationes non profunde. quia sunt in poris cutis ad differēntiam opilationum de quibus supra: et que dicit̄ in hoc capitulo satis manifesta sunt. Aquaz malam sicut aqua termarum. ppter dispositiōes eorū accidētēs ex vigilijs: sicut sunt artes et exercitia. Alusen est herba salis saporis inuenta in litore maris que comburitur et eius cinis vocatur cinis alladi: ex quo fit vitrum. hic cinis valet ad cutis absterfionem.

Febri effimera ex calore.

Cap. xxxviij.



Quandoqz accidit ex calore aeris et calore balnei et similitum febris effimera. Et plurimum eius non accidit nisi ex vehemētia caloris solis.

Determinat de effimeris comparatis ad causas que veniunt de foris: et sunt quinque. et sic facti quinque capitula. Capitulum primum est de effimera ex calore quod habet tres partes. In prima ponit causas et modum prouentus. secūdo signa. tertio curam. partes patent. Prima in duas primo enumerat causas: secūdo diuersitatem impressionis illarum. secūda ibi. Et est prima. In prima dicit qd ex calore balnei. calore aeris et simi-

E iij

Tractatus

lūm: scilicet calore ignis accidit febris effimera sed s̄m plurimum accidit ex uehementia caloris solis cum communiter plus nobis occurrat.

¶ Et est prima suspensio eius cum spiritu animali cum primum quod eo leditur sit caput: calefit enim aer eius et peruenit ad cor et fit febris: deinde spargitur in totum corpus.

¶ In parte ista ostendit que causa ex predictis magis alteret cerebrum. secūdo ostendit que magis alteret cor. secūda s̄bi. (Et quandoq̄ fit eius).

¶ In parte prima dicit q̄ prima actio caliditatis solis est in spiritum animale eō q̄ primum quod leditur cum caliditate solis est cap. Calefacit enim aer eius: scilicet spiritus cerebri qui est de natura eius et peruenit ad cor: scilicet caliditas illa per spiritum vitalem qui contiguus est animali maxime in rebe mirabili vt est apud Aucennā. prima tertiij caplo de melancolia. **¶** Alio aliter. calefit aer eius scilicet inspiratus ad cerebrum per eius euentationes. quinta tertiij. et peruenit ad cor. quia talis aer supercalefactus potest cordi cōmunicari. Cum autem peruenit ad cor fit febris. eō q̄ cor est primū subiectum febris deinde spargitur in totum corpus. Ex quo infert sparsionem caloris febrilis in totum corpus non esse de essentia febris. quod verum est quātum ad sparsionem actualē nō quātum ad aptitudinalē.

¶ Et quandoq̄ fit eius suspensio cuz cor de propter caliditatem anhelitus: et quādoq̄ custoditur caput a calore. **¶** Sed illa que ex sole accidit plurimum incipit in cerebro et capite: et propter illud: qui non est mundus impletur caput eius. Et illa que non fit ex sole: sed fit ex diebus canicularibus: et ex balneatione: et ex alijs impressionem facit in cor.

¶ In parte ista ne aliquis crederet q̄ a calore extrinseco semper in primis alteraretur cerebrum: ostendit q̄ aliquando in primis calefit cor per aerem inspiratum. et propter quando tegitur cerebrum cum capello: aut alia re ne primo calor cōtinētis imprimat in ipsū. Et in summa cōcludit q̄ quando fit impressio in corpus humanum a sole actu radiante prima impressio incipit in capite. propterea cum caput nō est mundum repletur humiditatibus liquefactis in eo que liquefacte ad diuersas partes fluunt: et sic homines algozantur. incurrunt enim grauedinem capitis: et ipsis fluentibus ad nares incurrunt nasitatem: et fluentibus ad cānam incurrunt raucedinē. Si vero fiat impressio in corpus humanum a sole nō actu radiante sicut fit in diebus canicularibus hominibus stantibus in vmbra: et sicut in balneo a caliditate balnei et hominibus stantibus prope ignes valde magnum propter eius caliditatem. tunc prima impressio incipit in corde propter aerem inspiratū. Sunt autem dies caniculares a. x. iulij vsq̄ ad vigesimā augusti. talr dicti ppter stellā q̄ canis appellatur: in quibus diebus sunt in aere vapores exusti venenosi. vt dicit Aucenna. in tertia tertiij. in capitulo de conseruatione sanitatis oculi. **SJMA.**

¶ Signa sunt causa eueniens ex uehementia inflammationis capitis in parte so-

De speciebus

lari cerebri: et fortasse est cum grauitate et repletionē: si non fuerit corpus mundum: et magnitudo anhelitus in parte cordiali.

¶ Et est illud quod apparet de corpore uehementis calefactionis calidius interiore eius. Et de illis quibus scitur illud est q̄ fitis est mior siti illi' cui' caliditas est illa. caliditas: et est in hac habitudine cōtraria vel diuersa ei que est ex densitate.

¶ Signa sunt quatuor. primum est ipsa causa immediate precedens. secūdo uehementia inflammationis capitis in parte solis exposita et fortasse sequitur grauitas capitis et algozatio si caput fuerit repletum. tertium magnitudo anhelitus in parte cordiali propter caliditatem cordi impressam et in bis dictis innuit magis magnificari anhelitū quando prima impressio est in cor. **¶** Quartum. quia pars exterior capitis est calidior interiore eius: nō quidem absolute: sed in comparatione ad alias febres in quibus magna est caliditas interior et pauca exterior: sicut maxime accidit in effimera ex opilatione a vento: aut continente frigido. hoc autē declaratur per sitim que est pauca in hoc effimera a calore continentis respectu sitis in alio effimera ex alia causa qui habet tantam caliditatem exterior: sicut iste. ille enim plus sitiet propter uehementiorem caliditatem intrinsecam. **¶** CARA.

Signa' quor.

¶ Est necessarium vt incipiatur in curatione ei' cū eo quod infrigidat ex embrocis super caput et pectus et ex oleis frigidis et proprie oleo rosato infrigidato super niuem quod fundatur super caput et pectus ex loco longinquo: et detur in potu aqua frigida et que currunt cursu eius: et sine cessatione eius fiat illud vsq̄ quo declinet febris. **¶** Lungq̄ aufertur ingrediatur tinam et non tangat eum tina si fuerit cum eo febris: et balnea eum cum aqua tepida: et nō permittas aerem eius calefacere ipsum: et non timeas ex effusione aque calide super caput eius: quoniam ipsa humectat et resoluit febrem et necessitas ad balneandum plus est q̄ necessitas ad vngendum. Cum ergo egreditur tunc frica caput eius cum oleis frigidis: sicut est oleum rosatum et denenufare.

¶ Que dicit in cura sunt manifesta. non tangat eum tina. quia tunc etur caliditas: equalis enim caliditas in tina que est subiectum densum sic cū magis imprimit q̄ equalis caliditas aque. et necessitas ad balneandum est pl' q̄ ad vngendum. qz balneum infrigidat humectat et excludit vapores sed vnctio solum infrigidat et humectat sed non excludit vapores.

¶ De febre effimera que accidit ex frigore et balneatione. **Capitulum. xxxix.**



¶ Quandoq̄ accidit ex frigore et balneatione cum aquis frigidis vt condensentur pori apparentes et coartentur vapores fumosi:

Qui sint canicularis dies.

Primus

fumosi: fm q̄ dictū est in illa que ex testuo-
sitate quare accidit febris et multotiens
perducit ad putridam: et non perducit ad
illam febrem nisi quando vapor prefoca-
tus est acutus non suavis. suavis enim nō
generat eam.

Signa

Sunt eius cause et corpus in ea: in pri-
mis cum tangitur non est vehementis ca-
liditytis. Cūq̄ figitur manus sentitur ca-
lor eleuari: et pulsus non est in paruitate:
in qua est in illa que fit ex angustia et tri-
sticia et fame: quoniam non est illic resolu-
tio: sed est velox propter necessitatem: scilicet
attrahendi aerem nisi sit frigus velle-
mens et fortasse declinat ad duriciē et oculo
non est profundus immo quandoq̄ est
inflatus propter vaporem coartatum: et
vrina quandoq̄ est alba: quoniam calidi-
tas est prefocata: et quandoq̄ est tincta:
quoniam caliditas que resoluitur ex poris
expellitur ad viam vrine.

Curatio.

Cooperiantur in febre donec sudent:
cum ergo declinant ingrediantur balneus
et balneentur cum aqua ad caliditatem de-
clivi et cum aere calido et embrocantur su-
per ipsos aque in quibus decocta sunt si-
cut amaracum et anetum et sisimbrium: et
fricetur cum eis que diximus que abster-
gunt poros et mollificant eos: et postpo-
natur in eis inunctio vsq̄ quo sudent: et fri-
centur et balneentur cum aqua calida val-
de. Et oportet vt antecedit balneatio cum
aqua balneationem cum aere: deinde inun-
gatur cum aliquo ex oleis dilatantibus po-
ros et fundatur super capita eorum iterum
sicut oleum de aneto et lxxi et de camo-
milla. Et cibentur de cibis leuibus et aro-
matizentur. Et sumant in potu vinum al-
bum subtile commixtum: et est melius eis
q̄ aqua propter quod est in eo de sudatio-
ne et prouocatione. Et inunctio cum oleo
aliquo patientibus ex labore est magis iu-
uatiua q̄ patientibus ex soliditate.

Que dicit in prima parte quantum ad causam
et modum euentus eius sunt manifesta et non
perducit ad illam scilicet putridam nisi vapor
acutus insuavis. suavis enim nō faceret putridā
licet possit facere effimeram: et forte sinocham si-
ne putredine si exuberet in quātitate. Signa sunt
quinq̄ et satis nota. pulsus velox vbi propter ve-
hementem frigiditatem sit arteria sudurata. tunc
enim oportet satisfieri necessitati per frequentā.
vrina quandoq̄ est alba scilicet quando calidi-
tas est obsessa ab exteriori frigore vt fere extingua-
tur et materia non remouetur ad vias vrine. Et
quandoq̄ tincta est quando materia que per po-
ros consuevit resoluī retenta propter opilatō-
nem pellitur ad vias vrine.

Ephimere.

Fo. xxxvi.

Sed contra

si caliditas est diminuta
vel extincta non est febris
Dicendum vt patet ex superius dictis non esse
incōueniens cum caliditate fere extincta esse fe-
brem sicut in moriente ex febre cum anhelitus est
frigidus de quo dictum est superius. Cura.
Vertit intentionem principaliter contra causam
scilicet opilationem non negligendo tamen relis-
quas intentiones. Isti ergo operiantur pannis
donec sudent. et declinante febre balneentur in
aqua notabiliter calida: ita tamen vt non mordē-
cet: quia poros constringeret septimo terapenti.
Et si in ipsa essent decocte aliquę herbe sicut ma-
raturum idest maiorana anetum et sisimbrium q̄
est species mente esset magis poroꝝ dilatatiua.
Deinde si oportet succedat balneatio in aere. bal-
neum enim aqueum debet precedere vt poros di-
latet et mollificet. aereum autem subsequens vt ma-
teriam sudorosa educat et aquam in poris reten-
tam ne reducens se ad frigiditatem opilet. Post-
ea fiat inunctio cum oleis dilatantibus poros
sicut oleum de lxxi. idest viola sarracenicā de ane-
to et camomilla. postponit autem inunctionem:
quia timet opilationem propter viscositates olei
quapropter liberius concedit inunctio effimerā
tibus ex labore q̄ effimerantibus ex opilatione
cum in illis non timeatur opilatio: cibantur autē
bis peractis et cum iam febris declinauerit: et bi-
bant vinum mixtum: quia magis prouocat vri-
nam et sudare facit.

De feb. effimera ex soliditate ex aq̄s stipticis.

Capitulum.

xl.



Quandoq̄ accidit illis qui
balneantur in aquis stipti-
citate facientibus sicut
super quam vincit virtus
aluminis: aut draganti vt ve-
hemens fiat spissitudo po-
rorum apparentium quare comprimun-
tur eorum vapores: et accidit eis quod di-
ximus aliquotiens et multotiens quidem
perducit ad putredinem.

De signis.

Capitulum. xli.



Significant eam cause et
quod significatur de nigre-
dine cutis q̄ si ipsa sit exten-
sa preparata preparatio-
ne qua preparantur coria
et sicut si tangatur cutis in-
fusa in aqua draganti: et est dispositio in
additiōe caliditatis post tempus: idest nō
statim ex tactu cutis sicut in alijs de illis
que accidunt ex opilatione poroꝝ et pul-
sus est debilior et minor et vehementioris
velocitatis. Et vrina est vehementius alba
et tenuis sicut vrina mulieris et non est in
corporibus eorum diminutio: neq̄ in oculo-
lis eorum profundatio.

Curatio.

Oportet vt curetur cum propinquitā-
te curationis eorum qui sunt ante eos. Ve-
runtamen eis non datur in potu vinū nisi

E liij

post fiduciam vehementie amplitudinis pororum nisi sit condensatio parua. fortasse enim tunc aperit eam vinum. Et oportet vt subtiliatio regiminis eorum sit maior: et moza eorum in aere balnei: et balneatione eorum cum aqua calida maior: et oportet vt tardetur inunctio eorum plus.

Que dicit in prima parte quantum ad causas et modum euentus eius sunt satis manifesta: tamen tamen in hac opilatione magis euentum putride quam in opilatione a frigore: cum bec sit fortior. Draganti idest vtricoli: quod est valde stipticum. Signa sunt sex in litera posita et satis nota.

De pulsu.

Sed de pulsu dubitatur quomodo sit multum velox ipso existente multum debili et arteria facta per siccitatem inobediens. Rñet q forte p velocitatem intelligit frequentiam. Vel dicitur q ppter magnā necessitatem ex multitudine fumozuz propter fortem opilationem nam nō potente satisfacere per magnitudinem cogitur satisfacere necessitati per velocitatem et frequentiam. Et licet virtus sit debilis et arteria inobediens ad magnificandum: nō tamen ad velocitandū. vrina est alba sicut mulieris: non tamen est tenuis sicut mulieris. Urine namq mulieruz sunt cōmuniter grossiores vrinis virozum. Eā autez subtilitatis et albedinis vrine est suffocatio caloriz a forti opilatione. **U**RA est similis curacioni effimere de qua statim sermo precessit. Sed quia bec est fortior opilatio timeatur magis vinum in hac q in precedente ne inflā mado et nō aperiēdo ducat ad putridā. Propterea non conceditur nisi postq̄ confidimus q per balneum et reliqua remedia iam sit facta deopilatione: aut nisi opilatio sit parua: vt quia paruo tēpore steterit in aquis stipticis. Vinum superfluū et proprie vinosum et antiquum in corporibus repletis et inconsuetis minatur periculum apoplexie aut apostematis cerebri: ppterea primo laborandum est in vomitu vt educatur. pro quo vomitu si non fiat facilliter detur multa aqua tepida. nam aut eum faciet vomere aut reprimet vapores vini: et fiat lenitio ventris cum aqua: vt puta ex bibendo cassiam tractam cum aqua decoctionis prunozum et tamarindozum ad educendum vinū et vapores. et si perseueret dolor capitis fiat flebotomia ad eustandum.

De vino: super fluo.

Febriis effimera ex vino. Cap. xliij.

Quandoq; accidit ex vino feb. effimera. et cura eozuz est cura ebrietatis. et fortasse indigent solutione cum aqua fructuum et similibus et flebotomia et vomitu: et proprie quando perseuerat dolor capitis eorum. et opz vt ingrediatur balneum post declinationem.

Pro cura ebrietatis redit ad primum tertij. et ad tertiam primi.

Febriis effimera ex cibis calidis. Cap. xliij.

Ibi calidi faciunt febrem effimera sicut illa que est ex sole sed plurimum est cerebralis et in spiritu animali. et illa que fit ex balneo est cordialis et in spiritu vitali. si

militer illa que fit ex cibo est epatica et in spiritu naturali.

Cuius curatio. Capitulū. xliij.

St prouocatio cum infrigidationibus notis. et solutio nature est melior cum siracost et tamarindis et rectificare epar cum eis que sunt aqua endiuie et oleum et syrupus acetosus et emplastra infrigidantia ex sandalis et camphora et aqua rosarum et oleo de succo eius et ex succis oleorum infrigidatis actu. Et extinctio cum cibis frigidis et humidis.

Ibi calidi.

Ibi calidi sicut alia cepe aromata. et butusmodi calida in tertio aut quarto gradu febrem faciunt effimera inflammatio spiritus et proprie naturales. Et ex his accipe triplicem modum verum effimere sicut triplicem spiritum animale vitalem et naturalem qui est subiectū. calefacti esse quod est causa conuicta effimere. Pro cura vertit intentionem ad educendum cibum calidum et materias inde genitas. cum siracost idest māna di temperata cum aqua decoctionis prunozum tamarindozum et similitum lententium et infrigidantium. Secundo vertit intentionem suam ad infrigidandum et confortandum epar quod est spiritum principium naturalium cum aqua endiuie sumpta cum syrupo acetoso. et conueniens est syrupus de granatis et oxizaccara. Et infrigidandum est epar. et etiam cor cū exterius applicitis compositis ex sandalis. capphora. et aqua rosata et succo rosarum q lz sit calidus valet tamen ad confortandum sua aromaticitate. et sicut frigidis actu et potētia sicut sempiternū. solatri et plantaginis. ne nufaris et similibus. et regimen in cibo et potu declinet ad frigidum et humidum.

Et sic cū dei gratia sit finis expositionis butus primi tractatus prime Fen quarti Auzenne.

Principiū sermonis de febribus putridis et cōplementū sermonis est in feb. sanguineis et colericis.

Tractatus secundus. sermo vniuersalis de febribus putridis. Rubrica.

Rubrica sit expositio tractatus secundus est principiū sermonis in febribus putridis de quibus principaliter agitur in presenti tractatu. et est cōplementum in febribus sanguineis et colericis q nō sunt putride sicut sinocha sine putredine. et sicut febriis adusta siue causon q pōt fieri absq; putredine colere per solā eius adustionem. oēs tñ be febres dñr būozales. Deinde sequitur sermo vniuersalis in febribus putridis. bec em est rubrica butus primi capituli.

Quando accidit aut ppter cibum malū cū est pparatus vt putrefiat illud qd generat ab eo ppter malitiam sue substantie. Aut ppterea q velociter recipit corruptiones quāuis sit bone substantie sicut lac. Aut qm est aquosus nutrimenti mali cuius aquositate recipit sanguis sicut illud qd generat a fructibus tardis humidis valde. Aut quoniā est ex illis que nō cōuertuntur ad sanguinē bonū: immo remanet

Aristoteles q tometb eozuz Putrefactio e corruptio quod dā i vnoquoq; humido ppter et secundum naturam caliditatis ab aliena caliditate que est ambientis.

remanet humor malus frigidus quem ab horret calor innatus et succedit ei extraneus sicut ille qui generatur a cucumere et citrulo et puris et similibus. Aut malicia artificij eius. Aut hora ipsius Aut ordo eius secundum quod scis.

Hic tractatus secundus diuiditur in duas partes. In prima parte agit Auienna de febribus putridis in generali. In secunda in speciali. Secunda ibi. (Febres colericæ). prima in tres. In prima agit de causis putredinis et diuersitatibus eius. et de diuersitatibus febrium putridarum. In secunda ibi. (Significant). in principio sequentis capituli ponit signa febrium putridarum in generali. In tertia ibi. (Scias) ponit generalem curationem febrium licet forte magis ad intentionem conditoris possit hic tractari diuidi in tot partes quot sunt capitula. Primum capitulum diuiditur in tres partes. In prima ponit causas putredinis. in secunda ibi. (Et putredo quidem quandoque est communis) ponit diuersitatem putredinis. in tertia ibi. (Et putredo colere) ponit diuersitatem febrium putridarum. Prima in quatuor sicut quatuor sunt cause putredinis: scilicet cibus. opilation. aer. et humor. secunda ibi. (Aut propter opilationem). tertia ibi (Aut propter dispositiones extrinsecas). quarta ibi. (Et plurimum causarum putredinis). Et licet multe alie possint esse cause putredinis sicut venenum. medicina putrefactiua. accidentia animi. usus venereorum et similia tamen mentionem fecit de causis contingentibus plures dans per ipsas reliquas causas intelligere. Prima pars potest diuidi in septem partes secundum quod septem modis ex parte cibi potest in humano corpore accidere putredo. partes patebunt discurrendo per textum. Prima causa est malitia substantie. id est proprietates cibi per quam non est paratus ut patitur a calore humano transmutationem perfectam in cibum sicut fungi et fruges collecte tempore pestilentiali. carnes crude et similia. unde gentium ex eo est ad putredinem paratum. et ad hanc causam reducuntur cibi habentes proprietatem individuali nocentem vni boi et non alteri sicut in mecaseus. Secunda modus est quod quantum sit bone substantie est tamen ex illis quod velociter recipiunt corruptio nem: sicut lac. est enim bone substantie: quod currit proprietate inter ipsum et boiem ut a calore humano sibi proportionato et debite applicato sit in cibum bonum transmutabile: sed tamen est ita facile alterabile propter modum sue substantie ut a calore sibi disproportionato facile putreat. Tertia causa quoniam est cibi nutrimenti mali aquosi cuius aquositate recipiat sanguis sicut illud quod generatur a fructibus tardis humidis. Pro quo nota quod sunt multi cibi aquosi quorum aquositates stomachus et epar separant ab illo: quod in sanguinem conuertitur. et istorum aquositates non recipiunt sanguis. Et quidam sunt quorum aquositas non facile separatur per primam digestionem nec secundam. et istorum aquositas remanet in sanguine. et sanguis iste qui est calor naturalis: non habet sufficiens visum ad humidum suum regulandum facile putret. Et primi penes Auiennam secundo canone. causa primo habet complexionem debilem: et secunda complexionem fortem: ita ut non sue substantie facile separantur Exemplum primi. sunt ficus et vire recentis quorum humiditatis pars magna separatur in prima

digestione a cibulo. propterea ventrem leniunt: et a peponibus humiditatis separant pars magna in se cunda digestionem que multum vrinare facit. et ista habent complexionem debilem. Exemplum secunda. sunt ficus et persica pruna cerasa et similia quorum humiditas non bene separata per primam aut secundam digestionem remanet in sanguine. Et ista habent complexionem fortis in comparatione ad calorem humanum. id est absolute. id est in comparatione ad ignem habeant complexionem debilem. Oleum autem absolute habet complexionem et mixtionem fortis cuius partes non possunt ab invicem separari per actionem ignis. Fructus autem isti dicitur tardus: quod propter superfluum humiditatem tarde digerunt sicut persica etc. Quarta causa est quoniam cibi sunt multum frigidi et difficili digestio: ex quibus non est aptus bonus sanguis generari: imo generatur humor frigidus crudus cui calor naturalis non potest dicitur vni succedit in eo calor extraneus ducens ad putredinem. et iste modus differt a primo: quod ille ducit ad putredinem merito proprietatis hinc autem merito superflue frigiditatis. Et differt a secundo modo: quod ille est merito modi substantie facilliter ad putredinem paratus. Et differt a tertio: quod ille parat ad putredinem merito humiditatis superflue. Exemplum huius quarti modi sunt cucumeres citruli et pira. cucumeres autem sunt qui nostro ideo mate vocantur taliter frigidi in secundo. citruli autem sunt minores adhuc frigidiores et deteriores: ex quibus humores grossi frigidi generantur qui putrescentes propter causam dictam sunt causa febrium chronicarum slegmaticarum. Pira sicut non omnia: sed illa maxime que sunt stragulosa et non possunt comedi nisi cocta. Quinta causa est malitia artificij ut cum cibi non debite coquantur aut indebite preparentur sicut cum pisces cum lacte miscantur aut cum pisces elixi tenentur cooperti. conuertuntur enim in venenum. sexta tertij. Sexta causa est hora cibi siue tempus inconueniens. id est quando sumitur cibus super alto semidigesto. prohibetur enim digestio primi per aduentum secundi: et forte vterque corrumpitur. Septima causa est ordo malus ut cum cibus grossus preponitur subtili qui subtilis primo digeritur et cum non possit pellere extra stomachum cum non amplius sit aptus patitur a calore stomachi ut naturalis patitur ab eo tanquam a calore absolute et putrescit. Et hec omnia debent esse scita tertij primi capitulo. de regimine et quod comeditur et bibitur. id dicitur secundum quod scis. Sunt autem preter has alie cause sicut nimia quantitas cibi aut paucitas eius de quibus. 13. tertij: sed per istas septem ab Auienna positas possunt relique intelligi. Quid autem sit putredo dicitur. Aut propter opilationem prohibentem respirationem et euentationem propter complexionem corporis malam cum non potest digestionem facere bonam. In hac parte ponit secundam causam putredinis que est opilation. Et diuidit in quatuor partes. in prima ponit quod opilation est causa putredinis mediante mala complexionem et quod opilation causat. In secunda ostendit quod opilation est causa putredinis debilitando virtutem. In tertia ponit quod modis mala complexio causat putredines. In quarta ostendit quod opilation et effectus ab ipsa pendentes sunt reciproci sese mutuo augent et fouent. secunda ibi. (Et sunt iterum virtutes) 3. ibi (Et huius quod dicitur complexio). 4. ibi. (Et iste cause sunt). In prima parte dicit quod putredositas aut propter cibos sic dicitur fuit: aut propter opilationem ad quam opilationem sequitur prohibita transpiratio: quod prohibet aeris frigidam inspirationem et ipsi facti calidi et inutilis simul cum vaporibus expirant

Galenus de modo ingenio. Si recte a nobis monstratum est putrefactio nem humorum multorum dierum febrium causam esse: hanc sanare oportet primum: non negligentes extinguere febrem. que tunc accedit anticipavit.